XVE
725

~~V. 5~~

15 s. E. 725.

~~D. 1348.~~ 2

[Caillard et Martineau] Pièce 1. Daunou 1204 - Pelletier —

2 — 1181 — 2629

3 — 295 — 4079

— [Caillard et Martineau] 4 — 1199

5 — 978 — 4964 A

6 — 977 — 4867.

7 — 1184 — 3510

8 — omis.

(v. ante ex. [757] 391

9 122

H
69

Liber 8

Primi libri incipiunt capitula.

De miserabili hũane conditionis ingressu.
De vilitate materie de qua formatus est homo.
De ꝯceptõe infãtis qualiter ꝯceptꝰ nutriat̃ i vtero
De imbecillitate infãtis.
De dolore partus et eiulatu nascentis.
Qualẽ fructũ hõ ꝓducit.
De breuitate huius vite.
De incõmodis senectutis
De labore mortalium.
De diuso studio sapiẽtiũ.
De variis hoĩm studiis.
De diuersis anxietatibꝰ.
De miseria pauperis t diuitis.
De miseria suoꝝ t dñoꝝ.
De miseria continẽtis et coniugati.
De miria maloꝝ t bonorũ
De hostibus hominis.
Qõ corpꝰ dicit̃ carcer aĩe.
De breui letitia.
De inopinato dolore.
De vicinitate mortis
De terrore somniorum
De compassione.
Qõ innumere sũt species egritudinum.
De subitis infortuniis.
De diuersis tormentorũ generibus.
De quoõ horribili facinore de quadã muliere que comedit infantem suum.
Qõ qñq punit̃ innocẽs et nocens absoluitur.

Secundi libri incipiunt capitula.

De culpabili humane cõditionis progressu.
De cupiditate..
De iniquis muneribus.
De acceptione personarũ
De venditione iustitie.
De insaciabili desiderio. cupidorum.
Quare cupidus non potest saciari.
De falso noĩe diuitiarum
Exẽpla contra cupiditatẽ
De iniqua possessione diuitiarum.
De contemnenda possessione diuitiarum.
De auaro et cupido.
Cur auaritia dicat̃ seruitus pessimorum.
De proprietatibus auari.

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE

De gula.
Exempla contra gulam.
De ebrietate.
Exẽpla contra ebrietatẽ.
De luxuria.
De generalitate luxurie.
De diuersis spẽb9 luxurie.
De coitu cõtra naturam.
De pena huius sceleris.
De ambitioso.
De nimia concupiscẽtia ambitionis.
Exẽplum de ambitioso
Quod breuis ẽ et miseria vita magnatum.
De diuersis proprietatibus superborum.
De supbia t casu luciferi.
De arrogãtia superborũ.
Cõtra fraudẽ ãbitiosorũ.
De ꝓprietatibus arrogãtium.
De superfluo cultu.
Contra superfluũ ornatum.
Quod plus defertur vestibus ꝙ virtutibus.
De ornatu plone et mẽse et domus.

Tertii libri incipiunt capitula.

De dãnabili humane conditionis egressu.
De doloribus quos mali patiuntur in morte.
De putredine cadauerũ.
De ẽsti mẽoria dãnatorũ
De diuersis penis iferni
De igne gehennali.
De tenebris inferni.
De conuersione penarũ.
De difidentia dãnatorũ.
Cur reprobi nunq̃ liberãtur a penis.
Testimonia de suppliciis
De die iudicii.
De p̃cedẽte tribulatione.
Qualiter dñs veniet ad iudicium.
De potẽtia et sapientia et iustitia iudicis.
De diuino iudicio.
Quod nichil proderit dãnandis.

Incipit liber Lotarii Leuite et Cardinalis de vilitate cõ
ditionis humane. qui Lotarius postea Innocẽtius papa
tertius dictus est.

d Domino patri carissimo. P. dei gratia Portuensi Epi
scopo Lotarius indignus Diaconus gratiã in pre-
senti et gliãm in futuro. Modicum ocii qd inter mul
tas angustias nuper ea quam nostis occasione captaui: nõ
ex toto me pterit ociosum. Sed ad deprimẽdam superbiam
(que caput est oĩm vitioꝝ) vilitatẽ hũane conditiõis vtcũqz
descripsi. Titulum autem opusculi presentis vestro nomini
dedicaui. rogans et postulans vt si quid in eo vestra discretio
dignũ inuenerit: diuine grẽ totũ ascribat. Si vero paternitas
vestra suggesserit: dignitatẽ humane nature (christo fauẽte)
describam. quatinus ita per hoc humilietur elatus: ut per
illud humilis exaltetur.

Incipit primus liber de miserabili humane cõditionis
ingressu.

q Vare de vulua mris egressus sũ ut viderẽ laborẽ
et dolorẽ: et cõsumerentur in cõfusione dies mei?
Si talia de se locutus est ille quẽ deꝰ sanctificauit
in vtero: q̃lia loquar ego de me: quẽ mater mea ge
nuit in peccato? heu me dixerim mater mea quid me genu
isti filiũ amaritudis et doloris? quare non in vulua mortu-
us sũ: egressus ex vtero nõ statim perii? Cur exceptus geni-
bus. lactatus vberibus. natus in cõbustionẽ et cibũ ignis?
Vtinã interfectus fuissẽ in vtero vt fuisset michi mater mea
sepulchrũ: et vulua eius cõceptꝰ eternꝰ. fuissẽ enim quasi nõ
essẽ de vtero trãslatꝰ ad tumulũ. Quis ergo det oculis me
is fõtẽ lacrimaꝝ vt fleã miserabilem humane conditionis
ingressũ. culpabilẽ hũane cõditionis pgressũ. dãnabilẽ hu-
mane dissolutionis egressum? Considerauerim ergo cũ la-
crimis de quo factus est homo/quid faciat homo. quid fu-
turus sit homo. Sane formatꝰ de terra. ꝯceptus in culpa.

natus ad penā. agit praua que nō licet. turpia que nō decent. vana q̄ non expediunt. fiet cibus ignis. esca vermis. massa putredinis. Exponam id planius: edisserā plenius. Formatus est homo de puluere. de luto. de cinere. quodq; vilius est: de spurcissimo spermate. Cōceptus in pruritu carnis. in feruore libidinis. in fetore luxurie. quodq; deterius: in peccati labe. Natus ad laborē. dolorem. timorē. quodq; miserius est: ad mortem. Agit praua quibus offendit deū. offendit proximū. offendit seipm. Agit turpia: quibus polluit famā. polluit personā. polluit cōscientiā. Agit vana: quibus negligit seria. negligit vtilia. negligit necessaria. Fiet cibus ignis qui semper ardebit et vret inextinguibilis. esca vermis qui semper rodit et comedit immortalis. massa putredīs que semp fetet: que sordet horribilis.

De vilitate materie de qua formatus est homo.

f Formauit igitur deus hominē de limo terre que ceteris indignior est elemētis. Planetas et stellas fecit de igne. flatus et ventos fecit de aere. pisces et volucres fecit ex aqua. homines et iumenta fecit de terra. Considerās aquatica: se vilem inueniet. considerans aerea se viliorem agnoscet. considerans ignea se vilissimū reputabit. Nec valebit se parificare celestibns: nec audebit se preferre terrenis: quia se parem iumentis inueniet: et similem recognoscet. Vnus est enī interitus hoīm et iumentorum: et equa vtriusq; conditio. et nichil habet homo iumento amplius. de terra orta sunt. non cuiuslibet hoīs: sed sapiētissimi Salomoīs. Quid est igitur homo nisi lutū et cinis? Hinc enim homo dicit ad deum. Memento queso q̄ sicut lutū feceris me: et in puluerem reduces me. Hinc et dixit dominus ad hoīem. Cinis es: et in cinerē reuerteris. Compatus enī luto / et assimilatus sū fauille et cineri. Lutū efficitur ex aqua et puluere: utroq; manēte. Cinis aūt fit ex igne et ligno: vtroq; deficiēte. Expressum misteriū: sed alias exprimēdū. Quid ergo lutū su-

perbis? De quo puluis extolleris? Vñ cinis gloriaris? Vnde illud forsitā respōdebis q̄ adā fuit de limo terre formatus: tu aūt ex hūano semīe procreatus. At ille fuit formatus de terra: sed virgine. tu aūt creatus de semīe: sed immūdo. Quis eī potest facere mundū de īmundo c̄ceptū semīe? Quis homo est ut immaculatus sit et iustus appareat: natus ex muliere? Ecce enī in iniquitatibus et in peccatis peperit me mater mea. Nō in vna tantū iniquitate. Non in vno tantū delicto: sed in multis iniquitatibus et in multis delictis. in delictis et iniquitatibus ppriis. in delictis et iniquitatibus alienis.

De conceptione infantis.

Est autem duplex conceptio. vna seminū: altera naturarum. Prima fit in cōmissis: secunda in cōtractis. Patres cōmittunt in prima: proles contrahit in secunda. Quis enī dicit cōcubitū cōiugalem nūq̄ oīno cōmitti sine pruritu carnis. sine feruore libidīs. sine fetore luxurie? Vnde maculātur et viciantur/ semīa c̄cepta fedantur. ex quibus aīa tandem infusa contrahit labē peccati. maculā culpe. sordem iniquitatis. sicut ex vase corrupto liquor infusus corrūpitur: et pollutū cōtingēs ex ipo cōtactu polluitur. Habet eī aia tres naturales potentias siue tres naturales vires. rationalē: ut discernat inter bonū et malū: irascibilē: ut respuat malū: cōcupiscibilē: ut appetat bonū. Iste tres vires tribus oppositis vitiis originaliter corrūpuntur. Vis rōnalis per ignorantiā: ut nō discernat inter bonū et malū. Vis irascibilis per iracūdiam: ut respuat bonū. Vis cōcupiscibilis per c̄cupiscentiā: ut appetat malū. Prima gignit delictū. vltima parit peccatum. media delictū grauat/ et peccatū. Est enī delictū nō facere faciendū: peccatū agere nō agendū. Hec tria vitia cōtrahūtur ex carne corrupta per tres carnales illecebras. In carnali quippe cōmercio ratōis sopitur intuitus: ut ignorātia semīetur. libidīs irritatur pruritus: ut iracūdia ppagetur. voluptatis saciatur affectus; ut cōcupiscentia cōtrahatur.

hic est tyrānus carnis. lex membrorū. fomes peccati. lāguor nature. pabulum mortis: sine quo nemo nascitur. sine quo nemo moritur. qui si quando transiit reatu: semper tamen remanet actu. Si enim dixerimus quoniā peccatū non habemus: nosipsos seducimus. O grauis necessitas et infelix conditio. Anteꝙ peccemus: peccato cōstringimur. et anteꝙ delinquamus: delicto tenemur. Per vnū hoīem mors in hūc mundū intrauit / et per peccatū in oēs hoīes mors ptrāsiet. An nō patres comederūt vuā acerbā / et dens filiorū &c cet̄.

Quali cibo conceptus nutriatur in vtero.

Ed attendendū quo cibo conceptus nutriatur in vtero. profecto sanguīe menstruo qui cessat in femīa post conceptū: ut ꝙceptus nutriatur in vtero. qui fertur esse tam detestabilis et immūdus: ut ex eius cōtactu fruges nō germīent. arescant arbusta moriātur herbe. amittāt arbores fetus. si canes inde comederit: in rabiem referātur. Concepti fetus ex semine et cibo tali vitiū contrahūt: ut leprosi et elephanti ex hac corruptōne nascantur. Vnde scōm legē Moysai cam mulier que menstrua patitur: reputatur immūda. et si quis ad menstruā accederet iubetur interfici. ac propter immūditiā mēstruoꝝ precipitur ut mulier si masculū pareret: xl. diebus a templi ingressu cessaret. si vero feīam: lxx.

De imbecillitate infantis.

Vare ergo data est lux misero: et vita his qui sunt in amaritudine anime? Felices illi qui moriuntur anteꝙ oriātur. prius mortem sentientes: ꝙ vitam scientes. Quidam enim tam deformes et prodigiosi nascūtur: ut non homines sed abhominationes potius videantur. quibus forte melius fuisset prouisum: si nūꝙ prodissent ad visum. quoniam ut monstra monstrantur: et ostentui ostenduntur: pleriqꝫ vero diminuti membris et sensibus corruptis nascūtur amicorū tristitia. parentum infamia. verecūdia propinquorum. Quid hoc particulariter dixerim de quibusdam: cum

generaliter omnes sine scientia. sine cibo. sine virtute nascamur. flebiles. æbiles. imbecilles. parū a brutis distantes immo minus in multis habentes. Nā illa statim ut exorta sūt gradiuntur: nos aūt non solum erecti pedibus non incedimus/ verum incuruati manibus non reptamus.

De dolore partus et eiulatu nascentis.

O Mnes nascimur eiulantes: ut nature miseriam exprimamus. Masculus enī recenter natus dicit a: femīa vero dicit e. versus. Et dicent e vel a quotquot nascentur ab Eua. Quid est igitur Eua nisi heu a? Obtruncq; dolentis est interiectio doloris exprimēs magnitudinē. Hinc enī ante peccatū nostra parens Virago: post peccatū Eua meruit appellari. ex quo sibi dictū audiuit: in dolore paries. Non est dolor sicut pturiētis. Vnde Rachel pre nimio dolore partus nutriuit: et moriens vocauit nomen filii sui Benniom. i. filius doloris. Oxor Phinees subitis doloribus irrūpentibus pepit simul et periit. et in ipo articulo mortis vocauit filiū suū Naboth. i. filiū meroris. Mulier aūt (ut naufragus) cum parit tristitiā habet. cū vero pepit masculū: iam uō meminit pressure ppter gaudiū. quia natus est hō in mundū. Cōcipit aūt mulier cū immūdicia et fetore. parit cū tristitia et dolore. nutrit cū angustia et labore. custodit cū instantia et timore.

De nuditate et vestitu infantis.

N Udus egreditur et nudus regreditur. pauper accedit et pauper recedit. Nudus (inquit) egressus sū de vtero matris mee: et nudus reuertar illuc. Nichil intulimus ī hūc mūdum: hand dubiū nec auferre quid possumus. Si quis aūt indutus egreditur: attēdat quale proferat idumētū. turpe dictu. turpi? auditu. turpissimū visu. fedam scz pelliculā sanguine cruentatā. Hec est illa materia de qua Thamar inquit. In partu quare dīsa est propter te materia? et ob hanc causā vocauit nomē filii sui Phares/ qō iterpatur diuisio.

Qualem fructum homo prodncit.

Vilis humane conditionis indignitas. Indigna vili
o tas humane cõditionis. herbas et arbores inuestiga.
ille de se producũt flores frondes et fructus: et tu de
te lendes et pediculos. et lũbricos. Ille de se fundũt oleũ. vi-
num balsamum: tu de te sputũ et vrinã et stercus. Ille de se
spirant suauitatem odoris: et tu de te reddis abhominatio
nem fetoris. Qualis est arbor: talis est fructus. Non enim
potest mala arbor bonos fructus facere. Quid est enĩ homo
secundum formam: nisi quedam arbor euersa cuius radices
sunt crines. truncus est caput cum collo. stipes est pectus cũ
aluo. rami sunt vlne cum tybiis. Frondes sunt digiti cum
articulis. hoc est folium quod a vento rapitur.

De breuitate huius vite.

i In primordio conditionis humane nongentis annis
et amplius homines vixisse leguntur. Sed paulatim
vita hominis declinante dixit dominus ad Noe. Nõ perma-
nebit spiritus meus in homine ineternũ: q; caro est. Erunt
q; dies illius centum viginti annorũ. quod intelligi potest
tam de termino vite q̃ de spacio penitendi. Extunc enim ra
rissime homines leguntur plus vixisse. Sed cum magis ac
magis vita rescinderetur humana: dictũ est a psalmista. Di
es annorum nostrorum in ipsis septuagĩta anni. Si autem
in potentatibus octoginta anni et amplius eorum labor et
dolor. Nunc autem paucitas dierum nostrorum finietur bre
ui. dies nostri velocius transierunt q̃ a texente tela succidit̃
homo natus de muliere. breui viuens tẽpore: repletur mul
tis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur. et fugit
velut vmbra. et nunq̃ in eodẽ statu permanet. Pauci nunc
ad. xl. paucissimi ad lx. annos perueniunt.

De incommodis senectutis.

C Iqnis aũt ad senectutem processerit statim cor eius
affligitur et caput concutitur. languet spiritus et fe
tet anhelitus. facies rugatur. et statura curuatur. caligant

oculi et vacillant articuli. nares effluunt et crines deficiũt. tremit tactus et deperit actus. dentes putrescunt. aures surdescũt. Senex facile prouocatur: et difficile reuocatur. Cito credit et tarde discredit. tenax. cupidus. tristis et querul⁹. ve lox ad loquendum. tardus ad audiendum. laudat ãtiquos et spernit modernos. vituperat presens et cõmendat preteritum. suspirat. et anxiatur. torpet et infirmatur. Audi Poetam dicentem. Multa senẽ circunueniunt incõmoda etc̃. Porro nec senes contra iuuenem glorientur: nec insolescant iuuenes contra senem. quia quod sumus iste fuit: erimus q̃q̃ quod hic est.

De labore mortalium.

a vis nascitur ad volandum: et homo ad laborẽ. cuncti dies eius laboribus et erũnis pleni sunt. non per noctem quiescit mens eius. et hoc nonne vanitas? Nõ est quic q̃ sine labore sub sole. non est sine defectu sub luna. Non est sine vanitate sub tempore. Tempus enim est mora motus rerum mutabilium. Vanitas vanitatum (inquit ecclĩastes) et omnia vanitas. O q̃ varia sunt hominũ studia. q̃ diuersa exercicia. vnus est tamen omniũ finis. et idem effectus: labor et afflictio spũs. Occupatio magna creata est omnibus hominibus. et iugum graue super filios adam a die exitus de ventre matris eor vsq̃ ad diẽ sepulture in matrem oĩm

De diuerso studio sapientium.

p erscrutãtur sapientes et inuestigant alta celi. latera terre. profũda maris. de singulis disputẽt. de cũctis pertractẽt. discãt. sperẽt. doceãt et quid ex hac occupatione nisi per laborẽ et dolorẽ et afflictionẽ spũs iueniẽt. Nouerat hoc experimẽto qui dicit. Dedi cor meum vt scirem prudẽtiã atq̃ doctrinã. errores et stultitiã. Agnoui q̃ esset labor et afflictio spũs: eo q̃ in multa sapĩa multa sit idignatio. et q̃ addit sapĩam addit et laborẽ. licet enĩ oporteat indagãtẽ mẽtis insudare vigiliis et ĩuigilare sudoribus. vix tamẽ est tã

vile quicq̃. vix tã facile quod ad plenũ intelligatur. et ad liquidũ cõprehẽdatur: nisi forsã illud perfecte sciatur. qr quod nichil scitur perfecte quãq̃ ex hoc insolubilis redargutio cõsequatur. Qm̃ corpus quod corrũpitur aggrauat aiam: et deprimit terrena inhabitatio sensũ multa cogitantẽ. Audi quid super hoc dicat Salomõ. Cũcte res difficiles. nõ põt eas homo explicare sermone. Est homo qui diebus ac noctibus non capit oculis somnũ. et nullã operũ dei potest inuenire rationẽ. et q̃to plus laborauerit ad querẽdũ: tm̃ minus inueniet. Deficiũt ergo scrutãtes scrutinio. qm̃ accedit homo ad cor altũ et exaltabitur deus. Perscrutator enĩ maiestatis opprimitur a gloria. qui magis intelligit magis dubitat. et ille videtur plus sapere: qui plus desipit. Plus ergo scire: est scire qd̃ nescias. fecit autẽ deus hoiem rectũ et ipe se miscuit in infinitis questionibus.

De variis hominum studiis.

Currũt. discurrũt mortales per sepes et semitas. ascendũt mõtes. trãscẽdũt colles. trãsuolãt rupes. peruolãt alpes. trãsgrediũtur foueas. ingrediũtur cauernas. rimantur viscera terre. profunda maris. incerta fluminis. opaca nemoris. inuia solitudinis. exponũt se vẽtis et imbribus. torrentibus et fluminibus. fluctib9 et procellis. ruinis et pcipitiis metala cudũt et cõflãt. lapides sculpũt et poliũt. ligna succidũt et dolãt. telas ordiũtur et texũt. vestes incidunt et consuunt. edificant domos. plãtãt ortos. excolũt agros. plãtãt vineas. succẽdũt dibanos. extruũt molẽdina. piscãtur. venãt et aucupãt. meditãt et cogitãt. cõsiliant et ornãtur. q̃relant et litigãt. diripiũt et furãtur. decipiũt et mercãtur. cõtẽdunt et preliãtur et innumera talia agũt: vt opes congerãt. vt q̃stus multiplicẽt. vt lucra sectẽtur. vt honores acquirãt vt dignitates extollãt. vt potestates extendant. et hoc quoq; labor et afflictio mentis. Si michi nõ creditur: Salomoni credat Magnificaui inquit opera mea et edificaui michi domos

plantaui vineas. feci ortos et pometia . et conseui cuncti generis arboribus. Extruxi michi piscinas aquarū: vt irrigarem siluas lignorum germinantium. Possedi seruos et ancillas. multāqz familiam habui. armēta quoqz et magnos ouium greges vltra omnes qui fuerūt ante me in hierlm. Coaceruaui michi argentum et aurum et substantiam regum et prouintiarū. Feci michi cantores et cantatrices et delitias filiorum hominum. cyphos et vrceolos in ministerio ad vina fundenda: et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in hierusalem. Cum conuertissem me ad vniuersa que fecerūt manus mee et ad labores quibus frustra sudaueram: vidi in omnibus vanitatem et afflictionē animi: et nichil permanere sub sole.

De diuersis anxietatibus.

¶ Vanta mortales angit, anxietas affligit cura. sollicitudo molestat. metus exterret. tremor cōcutit. horror abducit. dolor affligit. cōturbat tristitia. tristatur turbatio. pauper et diues. seruus et dominus. cōiugatus et cōtinēs. deniqz bonus et malus et omnes mundanis cruciatibus affliguntur: et mundanis afflictionibus cruciantur. Si impius inquit fuero: ve michi. et si iustus: non leuabo caput/ saturatus miseria et afflictione.

De miseria pauperis et diuitis.

¶ Pauperes autem premuntur in edia. cruciantur erūna. fame. siti. frigore et nuditate. vilescunt et tabescūt. spernuntur et confunduntur. O miserabilis conditio mendicātis. et si petit pudore confunditur. et si non petit: egestate cōsumitur. Sed vt mendicet necessitate compellitur. deū causatur iniquū qp non recte diuidat. proximū criminatur malignum qp non plene subueniat. indignatur murmurat et imprecatur. Aduerte sup hoc sentētiā sapiētis. Melius est mori qp indigere et etiā prio suo paup odiosus erit. Oēs dies pauperis mali. fratres hoīs paupis oderūt eū. insuper et amici

procul recesserunt ab eo. Cum fueris felix multos numera bis amicos. Tempora si fuerint nubila/solus eris. Prohpudor secundū fortunam estimatur persona: cum potius secūdum personā estimanda sit fortuna. tam bonus reputatur ut diues. tam malus reputatur ut pauper. cū potius tā diues reputādus sit ut bonus: tam pauper ut malus. Diues aūt superfluitate resoluitur/et iactātia efrenatur. currit ad libitum/et corruit ad illicitum. et fluūt instrumēta penarū: que fuerunt oblectamenta culparū. Labor in acquirendo timor in possidendo. dolor in amittendo: mentem eius semp fatigat et affligit. Vbi est thesaurus tuus: ibi est cor tuum. Sed de hoc plenius in sequentibus dicemus.

De miseria seruorum et dominorum.

[Seruus minis terretur. angariis fatigatur. plagis affligitur. opibus spoliatur. q̄ si non habet: habere compellitur. et si habet: cogitur non habere. Culpa domini/seruī pena: culpa serui/ domini preda. quicquid delirant reges plectuntur achiui. Venatio leonis/onager in heremo. Sic pascua diuitum pauperes. Ꝺ extrema conditio seruitutis. natura liberos genuit: sed fortuna seruos constituit. Seruus cogitur pati: et nemo sinitur compati. dolore compellimur: et nemo condolere permittitur. si ipse non suus est vt memor sit sibi. Miserī qui castra sequūtur. quia miserum est aliena viuere quadra/id est expensa. Dominus aūt si crudelis est: illum oportet vereri propter nequitiam subiectorum Si mitis est: contingit illū contemni propter insolentiā subiectorū. Seuerū ergo metus affligit: mansuetū vilitas parpendit. Nam crudelitas parit odium: et familiaritas parit contemptum. familiaris enī cura fatigat: et domestica sollicitudo molestat. Ꝺportet enī semper esse paratū. vbiq; munitū. ut possit malignātiū insidias precauere. oppugnātū iniurias propulsare. hostes cōterere. ciues tueri. Nec sufficit diei malicia sua: sed dies diei laborem eructat. et nox

nocti sollicitudinē indicat. Dies ergo laboriosi ducuntur et noctes expenduntur insomnes.

De miseria continentis et coniugati.

Si potest ignis non urere: potest caro non concupiscere. qui quantūcunq; punietur: nūq̄ tamē ex toto ille ie-
buscus potest expelli. Naturam expellas: furca tamen usq; recurrat. Non omnes (inquit) capiūt verbū istud: sed qui po test capere capiat. Unde cū deus ipse de ceteris pōtificalibus indumentis iussisset vt Moises et Aaron et filios eius vesti ret: de solis femoralibus non precepit: sed ait ut ipsi femora libus uterentur cum ingrederentur tabernaculū testimonii. Sed apostolus. Nolite (inquit) fraudare inuicē nisi forte ex consensu ad tempus: ut vacetis orationi. Et iterū. Reuerti mini in ipsum ne tentet vos sathanas propter incontinen-tiam vestram. Melius est enī nubere q̄ uri. Pugnat ergo cō tra continentiā angelus sathane qui carnaliter stimulat/et grauiter colaphisat. ignē nature suggestiōis flatu succēdit. materiā apponit. facultatē tribuit. et oportunitatē mīstrat. pugnat: et species que subito visa facile concupiscitur. Unde cū Dauid post meridiem deambularet in solario domus re gie videns ex aduerso Bersabee se lauātem: misit et tulit eā et dormiuit cū ea. Porro qui cum uxore est: sollicitus est que sunt mundi et diuisus est. Distrahitur enī per multas angu stias et iniurias: et in sollicitudines varias discecatur: ut fi liis. uxori. famulis. et ancillis necessaria q̄rat et submīstret. tribulatōes quoq; carnis hūt huiusmoi. Uxor contēdit habe re p̄ciosū ornamentū et variā supellectilē. ut plurimus sit se pe cultus uxoris q̄ cēsus mariti. alioquin per dies et noctes plāgit et suspirat. garrit et murmurat. Tria enī sūt que nō sinūt hoīem in domo pmanere. fum⁹. stillicidiū. et mala uxor Illa (inquit) ornatior pcedit in publicū. hec ab oībus honorat ego misera in cōuentu mulierū sola despicior. a cunctis con temnor. contra virū suū murmurat et dicit, Cur aspiciebas

vicinam. quare cū ancilla loquebaris? De foro veniēs quid attulisti? sola vult diligi. sola laudari. alterius amorem suum asserit esse odium. alterius laudem suum dedecus suspicatur. amādum est omne quod diligit. odiendum omne quod spernit. vincere vult: sed vinci nō valet. famulari nō patitur: sed dominari molitur. cūcta vult posse: nulla nō posse. Si pulchra fuerit: facile adamatur. si feda: facile cōcupiscit. Sed difficile custoditur: quod a multis diligitur. et molestū est possidere: quod nemo dignatur habere. Alius facecijs alius ingenio/ alius in libertate sollicitatur. et ex alia parte capitur quod vndiq; incessitur. equus. bos. asinus. et canis. vestis et lectulus calix et in vrceolis prius probantur. et postea comparantur. Sponsa vero vix tandem ostenditur ne prius displiceat q̄ ducatur. Verū quid prodest diligēs custodia cum vxor impudica seruari non potest: pudica nō debeat. Sed illa vere pudica dicēda est cui licet peccare: sed noluit qualiscunq; casus obuenerit. necessario est habenda si feda. si fetida. si egra. si fatua. si superba. si iracūda. si quomōlibet viciosa: propter solā fornicationē potest vxor a viro dimitti sed nec dimittens aliā potest ducere: nec dimissa alii potest copulari. Nā quicūq; dimiserit vxorē nisi ob fornicationis causā/ et aliā duxerit: mechatur. Qđ si vxor a viro discesserit manere debet innupta. aut viro suo recōciliari. Similiter vir si discesserit ab vxore: graue nimis est pondus cōfugii. Nam stultus et impius est qui tenet adulterā. et patronus est turpitudinis: qui celat crimen vxoris. sed si dimittit adulteram: absq; sui culpa punitur. Quoniā illa viuente cogitur continere. propter quod et discipuli christo dixerunt: Si ita est causa: homī nō expedit nubere. Quis vnq̄ equanimiter potuit sustinere riualem? Sola suspitio zelotipum vehementer affligit. Nam licet scriptū sit Erūt duo in carne vna: zelus tamē viri duos in carne vna non patitur.

De miseria bonorum et malorum.

n: On est impiis gaudere. dicit dominus . quia per que
peccat homo per hec et torquetur. Vermis eni consci
entie nūq̄ moritur: et ignis ratōnis non extinguitur. Vidi
eos qui operantur iniquitatem. et seminãt dolores. et metu
unt eos flante deo perisse: et spiritu ire eius esse cōsumptos.
Superbia inflat. inuidia rodit. auaricia stimulat. ira succē
dit. angit gula. dissoluit luxuria. ligat mēdacium. maculat
homicidiū. Sic et cetera vitiorū portenta. ut que sunt hoīm
oblectamēta peccādi: deo sunt instrumēta puniendi . Inui=
dus alterius marcescit reb9 opimis . sed inuidia Siculi nō
inuenere tyrāni mai9 tormentū. vitiū eius corrūpit naturā.
apostolo teste qui ait. q̄ euanuerūt in cogitationibus suis:
obscuratū est insipiens cor eor9 propter quod tradidit illos
de9 in desiderio cordis eor9 in īmūditia vt cōtumeliis affici
ant corpora sua. et sicut nō reprobauerūt deū habere in no=
titia: tradidit illos de9 in reprobū sensū: vt faciāt ea q̄ nō cō
ueniūt. sed et qui pie viuere volunt in christo ꝑsecutionem
patientur. Scti nāq̄ ludibria et verbera experti insuper et
vincula t carceres. lapidati sūt. secti sūt. tēptati sūt. et in occisi
one gladii mortui sūt pro dño. Circuierūt in melotis et in
pellibus caprinis egētes angustiati. afflicti. quib9 dign9 non
erat mūdus. in solitudinibus errātes in mōtib9 et in spelūn=
cis et in cauernis terre. periculis fluminū. periculis latro=
nū. periculis ex genere. periculis ex gētib9. periculis ex fal=
sis fratribus. in labore. in erumna. in vigiliis multis. in fa
me. in siti. in frigore et nuditate. in angustiis multis. Justus
eni abnegat semetipm crucifigēs mēbra sua cum vitiis et
cōcupiscētiis: vt sibi mūdus crucifixus sit et ipe mūdo. Nō
habet hic ciuitatē manētē: sed futurā inquirit. sustinet scīm
tanq̄ exiliū. claustrum in corpore tanq̄ in carcere. Incola ego
(inquit) sum in terra et peregrinus sicut omnes patres mei
Remitte me vt refrigerer paulū abeam et amplius non
ero. heu michi quia incolatus meus prolongatus est habi=
taui cum habitantibus cedar multum incola fuit anima

mea. Quis infirmatur: et ego non infirmor? Quis scandalizatur et ego non uror? Nam peccata proximorum sunt iustorum refrixoria hoc est irriguum quia caleph axe dedit filie sue in dotem.

De hostibus hominis.

m Jlitia est ergo vita hominis super terram. An nonne vera militia cum multiplices hostes vndiq; semper insidiantur vt capiant. persequuntur vt perimant. Demon et homo et mundus et caro. demon cum viciis. homo cum bestiis. mūdus cū elemētis. caro cū sensibus. Caro nāq; concupiscit aduersus spiritū et spūs aduersus carnē. Herū non est nobis colluctatio aduersus carnē et sāguinē sed adūsus spiritualia nequicie in celestibus aduersus rectores tenebrarum. Aduersarius enim noster diabolus tanq̄ leo rugiens circuit querens quem deuoret. Accenduntur ignea tela nequissimi. Mors ingreditur per fenestras. oculus animam depredatur. pugnat orbis terrarum contra insensatos. gēs contra gentem. et regnum aduersus regnum. terremotus magni per loca. pestilentie et fames. terroresq; de celo et tempestates. terra producit spinas et tribulos. aqua procellas et fluctus. aer tēpestates et tonitrua. ignis choruscationes et fulgura. Maledicta (inquit) terra in opere tuo spinas et tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terram. quia terra es et in terrā ibis. Insidiatur aper de silua. et singularis ferus depastus est eam. Lupus et vrsus. pardus et leo. tigris et onager. Cocodrillus et griffus. serpens et coluber. basiliscus et aspis. Ceraste et dracho. scorpiones et vipere. Sed etiam lendes et pulices et pediculi. scinifes et muscē. scrapones et vespe. pisces et volucres. Nā qui creati sumus vt dominaremur piscibus maris et volatilib⁹ celi et vniuersis animantibus que mouentur in terra. nunc damur illis in predā: damur

in escam. Scriptum est eu. Dentes bestiarum immittã in eos cum furore trahentium.

Quomodo corpus dicitur carcer anime.

i Felix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Certe non vult educi de carcere: qui nõ vult exire de corpore. Nam carcer anime corpus est: de quo psalmista ait. Educ de carcere animã meam. Nusq̃ est quies et transquillitas. nusq̃ pax et securitas. vbiq; timor et tremor vbiq; labor et dolor. Caro dum viuit dolebit: et anima super semetipsam lugebit.

De breui letitia.

q Vis vnq̃ diem totam duxit in sua delectatione iocundam? quem in aliqua parte diei reatus cõscientie/ vl' impetus ire/ vel motus cõcupiscentie non turbauit? quem liuor inuidie/ vel ardor auaritie/ vel tumor superbie non vexauerit? quem aliqua iactura vel offensa vel passio non cõmouerit? quem deniq; visus vel auditus vel actus aliquis non offendit? Vara auis in terris nigroq; simillima cygno Audi super hoc sententiam sapientis. A mane usq; ad vesperam mutabitur tempus. Cogitationes varie sibi succedũt et mens rapitur in diuersa. Tenent tympanũ et cytharam et gaudent ob sonitũ organi. ducunt in bonis dies suos: et in pũcto ad infernũ descendũt.

De inopinato dolore.

s Emper enĩ humane letitie vel mundane/ tristitia repentina succedit. et quod incipit in gaudio: desinit in merore. Hũdana quippe felicitas multis amaritudinibus est respersa. Nouerat hoc ille qui dixerat. Risus dolore miscebitur: et extrema gaudii luctus occupat. Experti enĩ sũt et liberi qui cum comederent et biberent vinũ in domo fratris sui primogeniti: repente ventus vehemens irruit a regione deserti et concussit quattuor angulos domus: que corruens vniuersos oppressit. Merito ergo pater aiebat. Versa est in luctum cythara: et organũ meũ in vocem flentium. Melius est ergo ire ad domũ luctus: q̃ ad domũ cõuiuii. Salu

bre consilium. In die bonoꝝ non immemoꝛ sis malo:um
Memoꝛare nouissima tua:et ineternū non peccabis.

De vicinitate mortis.

Semper vltimus dies primus: sed nunq̄ vltimus dies primus reputatur. Cum tamen ita semper viuere deceat:tanq̄ moꝛi semper oporteat. Scriptū est enim. Memoꝛ esto quia moꝛs nō tardat.tempus preterit: et moꝛs appropinquat. Mille anni ante oculos morientis tanquā dies hesterna que preteriit. Semper enī futura nascūtur. semper presentia moꝛiuntur: et quicquid est preteritum totum est mortuū. Moꝛimur ergo semper dū viuimus. et tunc tantum desinimus moꝛi:cum desinimus viuere. Melius est ergo moꝛi vite q̄ viuere morti. quia nichil est vita mortalis q̄ moꝛs viuens. Vnde Salomon. Laudaui magis mortuos q̄ viuētes: et vtroq; feliciozem indicaui qui necdum natus est. Vita velociter fugit:et retineri non potest. Moꝛs autem instanter occurrit et impediri non valet. Hoc est mirabile q̄ quanto plus cresçit tanto plus decresçit. et quanto plus vita procedit:tanto plus ad finem accedit.

De terroꝛe somnioꝛum.

Tempus quod quieti concessū est non conceditur esse quietum. Nam terrent somnia. visiones cōturbant. Et quāquā non sunt in veritate tristia vel terribilia seu laboriosa que somniant somniantes:tamen in veritate tristantur.terrentur/et fatigantur in tantū ut aliquando et dormientes lachrymentur et euigilantes sepissime conturbentur. Aduerte quid super hoc dicit Elyaphat Themanites. In hoꝛroꝛe visionis nocturne quando solet sopoꝛ occupare hominem pauoꝛ terruit me et tremoꝛ. et omia ossa cūt perterrita:cum spiritus me presente transiret:inhoꝛruerunt pili carnis mee. Considera Job dicentem. Si dixero consolabitur me lectus meus et releuabo:loquens mecum in stratu meo,terrebit me per somnia et per visiones hoꝛroꝛe con

cutiens. Nabugodonosor somniū vidit quod eum valde per terruit. et visiones capitis conturbauerūt eum. Multas curas sequuntur somnia/et vbi multa somnia multe vanitates. Multos errare fecerunt somnia: et exciderunt sperātes in illis. Apparent enī frequenter turpes in somnis imaginationes ex quibus per illusiones nocturnas nō solū caro polluitur: sed etiā aia maculatur. Vnde dñs in Leuitico. Si sit inquit inter vos hō qui pollutus sit nocturno somnio: egrediatur extra castra. et nō reuertatur priusq̄ ad vesperam lauetur aqua et post solis occasum regrediatur in castra.

De compassione.

¶ Quanto dolore turbamur. quanto tremore cōcutimur cum amicorum damna sentimus. cum parentum periicula formidamus. Plus interdum sanus formidine q̄ infirmus egritudine perturbatur. Plus hic voluntarius affectu doloris: q̄ is inuitus effectu languoris affligitur. Verū est enī illud poeticū. Ves est solliciti plena timoris Amor. Cuius pectus tam ferreū. cuius cor tam lapideum. ut gemitus non exprimat. lachrymas non effundat. cum proximi vel amici morbum vel interitum intuetur? vt patiēti nō compatiatur/et dolenti non doleatur. Ipse Jesus cum vidisset Mariam et Judeos qui cum ea venerāt ad monumentū plorantes: infremuit spiritu et turbauit semetipm/et lacrimatus est. sed eo potius q̄ mortuū ad vite miserias reuocabat. Sciat autem se culpabiliter durū et dure culpabilem qui corporalem amici sui mortem deplorat: et spiritualem anime sue mortem non deflet.

De innumerabilibus speciebus egritudinum.

¶ Nondum a seculis tot egritudinū genera tot spēs passionū philicalis īdustria potuit īdagare: quot hūana fragilitas potuit tolerare. tolerabilē dixerim intolerantiā morboz. an tolerabilē dixerim tolerantiā. melius vtrunq̄ cōueniret dixerim. Nam intolerabilis est propter passionis acerbitatē.

et tolerabilis patiendi necessitatem. De die in diē magis ac magis natura corrumpitur. Itaq; multa fuerūt experimē= ta salubria que propter defectum illius hodie sunt mortife ra. Senuit iam mundus vterq;/ macrocosmus et micro= cosmus. et q̄to prolixius vtriusq; senectus producitur: tāto deterius vtriusq; natura turbatur.

De subitis infortuniis.

¶ Subito cū nō suspicatur infortuniū accidit. calamitas irruit. morbus inuadit. mors intercipit. quem nullus euadit. Ergo ne glorieris in crastinū. Ignoras enī quid su= peruētura pariat dies. Nescit homo finē suū: sed sicut pisces capiūtur hamo suo. et sicut aues cōprehēduntur laqueo: sic homines capiūt tpe malo cū eis exterminatio supenerit.

De generibus tormentorum.

¶ Vid dicam de miseris qui per innumera tormentorū genera perimūtur. cedūtur fustibus et gladiis. iugulā tur. cremantur flamis et lapidibus obruūtur. discerpūtur vngulis. et patibulis suspēduntur. torquētur vnguibus et scorpionib9 flagellātur. Artātur viculis et laqneis flagellā tur. detrudūtur carceribus et ieiuniis macerātur. precipitā tur et submergūtur. excoriātur et distrahūtur. secātur et suf fodiūtur. qui ad mortē: ad mortē. qui ad gladiū: ad gladiū. qui ad famē: ad famē. qui ad captiuitatē: ad captiuitatem. crudele iudiciū. immane supplicīū. triste spectaculū. dantur in escam volatilibus celi bestiis terre· piscibus maris. heu. heu. heu. misere matres que tā infelices filios genuistis.

De quodā horribili facinore æquad muliere que comedit infantem suum.

¶ Illud ergo horribile facin9 licet inserere. quod ioseph9 de iudaica obsidione describit. Mulier quedā faculta= tibns et genere nobilis: cum cetera multitudine que cōflu= xerat in hierosolimis cōmunē cum omnibus uel cū ceteris obsidionis casum ferebat. huius reliquas facultates quas

de domó in vrbem cõuexerat: tyrãni penitus inualetũt. Si quíd vero reliquiarũ vel relictum ex magnis opibus fuerat quibus victũ quotidianũ pertenuem duxerat irruentes per momenta predonũ satellites rapiebãt. pro quibus ingens mulierẽ velut ex indignatione insania quedã fatigabat: ita vt interdũ predones in necem suis maledictis cõuiciis insti garent. Verũ cum nec irritatus quisq̃ uec miseratus illam perimeret: et si quid forte cibi fuisset ab illa quesitũ: id ab alis quereretur. nec iã vsq; fieret copia requirẽdi. Fames autem dira visceribus insisteret/ ac medullis et ad furorem iã famis media eã perurgeret. pessimis vsa consiliis cõtra ipa iam armatur iura nature. Erat enĩ sub vberibus paruulus filius quem ante oculos ferẽs infelicis (inquit) matris O infelicior fili in bello/ fame/ ac direptione predonũ cui te reser uabor? Nã et si posset vita sperari/ iugo tamen Romane ser uitutis vrgemur. Veni ergo O mi nate. esto matri cibus. fu rori predonibus. seculis fabula. que sola deerat cladibus iudeorum. Et cum hec dixisset: protinus filiũ iugulauit. Cũ deniq; igni superpositum torreret: mediũ quidẽ consumit/ medium conseruat obtectũ. Et ecce confestim predones irruũt combuste carnis odore cõcepto. mortem mínãtur: nisi sine mora cibos quos paratos senserãt demõstraret. Tunc illa partem (inquit) optimã vobis reseruaui. Et cõtinuo que suerãt membra retexit infantis. At illos repente ingens horror inuasit et immanis q̃is animi irrigucre vox et fauces intercluse. Illa vero truci vultu/ et ipis iam predonibus truculẽtior meus est (inquit) hic filius. meus est (inquit) hic partus: et meũ facinus. edite vel comedite: ego iam priores/ femina aut molliores. q̃ si vos pietas vincit et meos exscar. Post hec illi territi/ trementesq; discedũt. et hunc solum ex omnibus facultatibus misere matri cibum reliquerunt.

Qđ qñq punitur innocẽs: et nocẽs absoluitur

n Emo se cõfidat expertem a pena qui se nõ nouit īmunẽ a culpa. qui stat videat ne cadat. Nam sepe dãnatur innocẽs: et nocẽs absoluitur. pius punitur: et impius honoratur. Jesus crucifigitur et Barrabas liberatur. Hodie vir quietus: inutilis. vir religiosus hypocrita. vir simplex fatuus reputatur. dꝛidetur iusti simplicitas. lampas cõtempta apud cogitationes diuitum.

Incipit liber secundus de culpabili hũane cõditionis progressu

t Ria maxime solent homines affectare: opes voluptates. et honores. De opibus praua. de voluptatibus turpia. de honoribus vana procedunt. hinc enim Johannes apostolus ait. Nolite dilige re mũdũ neq; ea q̃ in mũdo sunt. quia quicquid est in mũdo aut cõcupiscẽtia carnis est/ aut cõcupiscẽtia oculorũ vel superbia vite. Cõcupiscẽtia carnis ad voluptates. concupiscentia oculorũ ad opes. superbia vite ad honores pertinet. Opes cupiditatem generant et auaritiam. voluptates pariũt gulam et luxuriam. honores nutriunt superbiam et iactantiã.

De cupiditate.

n Jchil est auaro scelestius nichil iniquius q̃ amare pecuniam. verbum est sapientis/ quod cõfirmat apostolus dicens. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes et in laqueũ diaboli et desideria multa et inutilia et nociua: que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorũ est cupiditas. hec sacrilegia committit et furta. rapinas exercet et predas. bella gerit et homicidia. Symoniace vendit et emit. Jnique petit et accipit. iniuste negociatur et feneratur. Jnstat dolis et imminet fraudibus. dissoluit pactum et violat iuramentum. corrũpit testimonium et peruertit iudicium.

De iniquis muneribus.

c Onsule prophetam euāgelicū isayam omnes (inquit) diligūt munera sequntur retributiones. pupillo nō iu dicāt. causa vidue non ingreditur ad eos. Non ipsi precedūt retributiones. quia non iudicant amore iusticie sed retribu tiones precedunt ipsos: quia iudicant amore pecunie. Sēp enim sequuntur retributionem vel promissionem vel spem. et ideo pupillo nō iudicant a quo nichil largitur aut pmit titur vel speratur. O principes infideles socii furū quicūq; diligitis munera et retributiones. Nunq̄ excutietis manū a munere nisi prius excludatis cupiditatē a pectore. Hevo bis (inquit) propheta. Principes eius quasi lupi predam ra pientes et auare sectando lucra. principes eius muneribus iudicant/et sacerdotes in mercede docebant. et prophete ei? in pecunia diuinabant. Ecce econtra dñs precepit per Mop se. Judices et magistros constitues in oībus portis ei? vt iu dicēt ppl'm iusto iudicio nec in alterā partē declinēt. Nō acci pies pecuniā nec munera. execant enī oculos sapiētū: et mu tāt verba iustoz. sed iuste quod iustū est, pleq̄ris et viues. dñs dicit iustū z iuste. quidā enī iuste qđ iustū est. alii qđ est iniustū iniuste. Rursus quiđ īiuste qđ iustū est. alii iuste qđ īustū est.

De acceptione personarum.

v Evobis qui corrupti estis pacto vel precio qui tracti amore dolo vel odio dicitis bonum malum. et malum bonum. ponentes lucem tenebras et tenebras lucem. morti ficantes animas que non moriūtur: mortificantes animas que non viuunt. Vos enim non attenditis merita vel lucra causarum: sed merita personarum nō iura sed: munera. nō iustitiam: sed pecuniam. Nō quod ratio dictet: sed quod vo luntas affectet. Non quod lex sentiat sed quod mens cupiat Non inclinatis animum ad iusticiam: sed iusticiam inclina tis ad aīm vt quod non licet hoc libeat. sed vt liceat hoc qđ libet. Nunq̄ in vobis simplex est oculus. ita vt totum corp? sit lucidū: sed aliquid semper admiscetis fermēti qđ totam

mallam corrumpit. Paupcrum cum mora cauſam negligi
tis.cauſam diuitū cum inſtantia promouetis. In illis rigo
rem oſtēditis:cum iſtis ex manſuetudine diſpenſatis.Illos
cum difficultate reſpicitis:iſtos cum fauore tractatis .Illos
negligēter auditis:iſtos ſubtiliter auſcultatis.Clamat pau
per et nullus exaudit:loquitur diues et omnes applaudunt
Diues locutus eſt et omnes tacuerunt. verbum illius vſq;
ad nubes producēt.Pauper locutus eſt et dicūt quis eſt hic?
Et ſi ſe oſtenderit: ſubuertent illum. Clamat vim patiens
et nullus exaudit. vociferatur et non eſt qui iudicet. Si for=
te cauſam pauperum ſuſceperitis:illos remiſſe fouetis.Cū
autem diuitū cauſam aſſumitis illos pertinaciter adiuua=
tis.pauperes deſpicitis.diuites honoratis. Iſtis reuerenter
aſſurgitis:illos deſpicabiliter.cōculcatis. Si introierit i cō
uētu veſtro vir anulū habēs aureū in veſte cādida .et paup
in ſordido habitu.et intēdatis in cū qui indutus eſt veſte pre
clara et dixeritis ei:tu ſede hic bene.pauperi vero tu ſta illic
aut ſede ſub ſcabello pedū meoꝝ. Nōne iudicatis apud vos=
metipſos et facti eſtis iudices iniquarū cogitationū? Devo
bis enī et contra vos dicit propheta.Magnificati ſunt et di
tati.et ingraſſati.cauſā populi non dixerunt.et iudiciū pau
perū non iudicauerūt.Sed in lege precipitur. Nulla erit di=
ſtantia perſonarum.Ita paruū audietis vt magnū.nec acci
pietis cuiuſq; perſonā: quia dei iudicium eſt . Non eſt enim
acceptio perſonarum apud deum.

De venditione iuſticie.

Vos autem non gratis gratiam datis.nec iuſticiam iu
ſte redditis. q; qui non venit non preuenit. Nec datur
niſi vendatur.Sepe iuſticiā tantū differtis:q; litigantibus
totum aufertis.quia maior eſt ſūptus expenſe q; fructus ſē
tentie.Quid autem illis poteritis in diſtricto iudicio reſpō
dere qui precepit. Quod gratis accepiſtis gratis date lucrū
in archa damnū.in conſcientia.pecuniam capitis: ſed ani=

mam captiuatis. Verum quid proficit homini si vniuersū mundum lucretur anime vero sue detrimentum patiatur. Aut quā dabit homo cōmutationē pro aīa sua? Frater non redimit: redimet homo . et non dabit deo placationē suam nec precium redemptionis anime sue laborabit ineternum et viuet adhuc in finem. Audite diuites. plorate vllulantes in miseriis vestris: que aduenient vobis. Jacobus apostol9 ait. Diuitie vestre putrefacte sunt. vestimenta vestra a tineis comesta sunt. aurū et argentū vestrum eruginauit. et erugo eorum erit nobis in testimonium et manducabit carnes vestras sicut ignis. thesaurisatis vobis irā in nouissimis diebus. ecce merces operariorū vestrorū qui fuerūt mensi regiones vestras: que fraudata est a vobis: clamat et clamor in aures dñi sabaoth introiuit. propterea veritas p̄cipit. Nolite thesaurisare vobis thesauros in terra vbi erugo et tinea demolitur: et vbi fures effodiunt et furantur.

De insaciabili desiderio cupidorum.

Ignis ĩextinguibilis cupiditas insaciabilis. Quis vnq̄ cupidus fuit voto contentus cū adipiscitur. quod optauerat: desiderat āplioraꝫ Semper inhiat in habendis nūq̄ in habitis finem cōstituit. Insaciabilis est oculus cupidi et in partem iniquitatis non satiabitur. Auarus nūq̄ implebitur pecunia. et qui amat pecunias fructus non percipiet ex eis. Infernus et perditio nūq̄ replētur. Similiter et oculi hominū insaciabiles. Sanguisuge due sunt filie dicētes Affer Affer. Nam crescit amor nūmi: quātum ipsa pecunia crescit.

Quare cupidus saciari non potest.

Vis scire O cupide. qnare semper es vacuus et nūq̄ impleris? aduerte. Non est plena mēsura que quātūcūq̄ contineat est adhuc capax amplioris . Sed humanus animus capax est dei quoniam qui adheret deo vnus spiritus est dei. quantumlibet ergo contineat nūq̄ est plenus nisi dēū habeat: cuius sēper est capax. Si vis ergo O cupide saciari:

deline esse cupidus/ quia dum cupidus fueris saciari nō po
teris. Non est cōuentio lucis ad tenebras. neq; Christi ad Be
lial: quia nemo potest seruire deo et mammone.

De falso nomine diuitiarum.

f Alsa diuitia; felicitas. que diuitem veraciter facit in
felicem. Quid est fallacius ꝙ opes mundi que diuitie
nuncupātur? Opposita sunt esse diuitem et egenū. At opes
mundi non auferunt sed afferunt egestatem. Magis eni suf
ficit modicum pauperi ꝙ plurimū diuiti. quia vbi multe di
uitie: multi qui illas comedunt. quot et quantis magnates
indigeant: ipsemet frequenter experior. Opes itaq; non fa-
ciūt diuitē sed egenū. Dñ quidā metrificator ait. Cui satisest
quod habet satis illū constat habere. Cui nichil est quod ha
bet satis illū constat egere. Ergo facit virtus non copia suf
ficientem. Et nō paupertas sed mentis hypatus egentem.

Exempla contra cupiditatem.

q Dām multos seduxit cupiditas: ꝙplures perdidit ana
ritia. Balaam asellā redarguit et pedem sedentis at-
triuit: quia captus cupiditate proximorū dispositerat male
dicere in israel. Ador populus lapidauit: quia tulit aurum
et argentū de anathemate hierico. Naboth interemptus est
ut Achab vineā eius possideret. Giezi lepra profudit: quia
petiit et recepit argentum et vestes sub nomine helisei. Ju-
das laqueo se suspendit: quia vēdidit et tradidit Christum.
Ananiam et Saphiram subitanea mors extinxit: quia de
precio agri defraudauerunt apostolum. Edificauit Tyrus
munitionem suā et coaceruauit aurum quasi humū: et ar
gentū ut lutum platearū. Sed ecce dñs possidebit eā. et per-
cutiet in mari fortitudinē eius. et hec ignis deuorabit.

De iniqua possessione diuitiarum.

v Erum est ergo quod sapiēs protestatur. Multos pdi-
dit aurū et argentū. qui aurū diligit nō iustificabitur.
ve illis qui sectantur illud, Ecce ipsi peccatores et abundan

tes in seculo obtinuerũt diuitias. Hinc veritas ipa precipie bat apostolis. Nolite possidere aurum neq; argentum. neq; pecuniam in zonis vestris. quia sicut camelus non potest in troire in foramen acus: ita difficile est diuitem intrare in re gnum celorum. Arta est enim via et angusta porta per quã intratur ad vitam. Apostolus ergo secutus veritatis regulã aiebat. Argentum et aurũ non est michi. Ve ergo vobis qui coniungitis domũ ad domũ/ et agrum agro copulatis vsq; ad terminũ loci. Vepleta est terra argento et auro. et nõ est finis thesaurorum eius propter iniquitatem auaritie eiuc iratus sum/ et percussi eam. De licitis opibus.

c Eterũ Abraham diues fuit/ et Job locuples/ Dauid opulentus. et tamen de Abrahã dicit scriptura. Credi dit Abrahã deo: et reputatũ est ei ad iustitiã. et de Job: quia non erat ei similis in terra vir simplex et rectus/ ac timens deum ac recedens a malo. De Dauid aũt: quia inuenit do minus virũ iuxta cor suũ. At isti fuerunt quasi nichil hñtes et omia possidentes. quasi nichil habentes scõm illud psal miste. Diuites egucrunt et esurierũt. Facilius cuĩ inuenies qui diligat diuitias/ et non habeat: ꝙ qui habeat/ et nõ dili gat. Quia difficile est esse in igne/ et non ardere: difficilius possidere diuitias/ nec amare. Audi prophetam. A minore vsq; ad maiorem omẽs auaritie studẽt: et a propheta usq; ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.

De incertitudine diuitiarum.

o Omis cupidus contra naturam nititur et mollitur. Natura nanq; pauperem adducit ad mũdum: et pau perem reducit a mundo. Nudum enim terra suscipit/ et nu dum terra recipiet. Cupidus autem cupit et curat fieri di ues in mũdo. Destruam (inquit) horrea mea et maiora eis faciã. et illuc congregabo omnia que nata sunt michi. Sed O stulte si in hac nocte repetatur aia tua a te/ que ante pa rasti cuius erunt? Thesaurisas et ignoras cui congregabis

ea. Dormierunt somnū suum et nichil inuenerūt omēs viri diuitiarum in manibus suis. dives cum dormierit nichil inueniet. Ne timueris ergo cum dives factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Non eī cum morietur accipiet hec omnia: neq; simul descendet cum eo gloria eius. Sed relinquet alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illlorum ineternū. Hinc etiam sapiens attestatur. qui aceruat animo ininste: aliis congregat et in bonis suis alius luxuriabitur. Prohdolor quoniam habebit hostem/et dimittet heredem.

De contemnenda possessione diuitiarum.

Ut ad congregandū quis instet cū stare non possit ille qui congregat. Nam quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut vmbra: et nūq; in eodem statu permanet. Cur multa desideret: cū pauca sufficiant. Habentes (inquit) victū et vestitum: his contenti sitis. Cur necessaria cū multa sollicitudine querat: cum ipsa sine magna difficultate se ostendant. Audi quid super hoc veritas dicit. Nolite sollicīti esse dicentes. quid manducabimus. aut quid bibemus. aut quo operiemur? Scit enim pater vester celestis quia oīb⁹ his indigetis. Queríte ergo primum regnū dei et iustīciam eius: et hec omnia adicientur vobis. Nunq; vidi iustū derelictum: neq; semen eius querens panem.

De Auaro et Cupido.

Tantalus sitit in mediis vndis: et auarus eget in opíbus. cui tantum est quod habet quantū est quod non habet. quia nunq; vtitur acquisitis: sed semper inhiat acquirendis. Salomon: Est quasi dives cum nichil habeat. et est quasi pauper cū in multis diuitiis sit. Auarus et infernus símiles sunt. vterq; comedit et non digerit. recipit et nō reddit. Auarus nec patientibus compatitur nec miseris subuenit vel miseretur. Si offendit deum: offendit proximum. offendit seipsum. Nam deo retinet debita. proximo denegat

necessatia sibi subtrahit oportuna. deo ingratus. proximo impius. sibi crudelis. Viro cupido et tenacissimo sine ratione et substantia/et homini inuido acquirit aurū. Qui sibi nequam est: cui bonus erit? et non iocūdabitur in bonis suis. Qui habet substantiā huius seculi/et viderit fratrē suū necessitatē habere/et clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? Nō enī primū suū diligit sicut semetipm quē inedia perimit: egestate plumit. Neqz eī dēū diligit super oīa: cui prefert aurū. preponit argentum.

Cur auaritia dicatur idolorum seruitus.

Recte diffinit Apostolus. Auaritia est idolorum seruitus. Sicut enī idolatra seruit simulachro: sic auarus thesauro. Nam ille cultum idolatrie diligenter amplificat: et iste cumulum pecunie libenter augmentat. Ille cum omī diligentia colit simulachrum: iste cum omni cura custodit thesaurum. Ille spem pouit in idolatria: iste spem constituit in pecunia. Ille timet mutilare simulachrum: iste timet minuere thesaurum.

De proprietatibus auari.

Auarus ad petendum promptus. ad dandum tardus ad negandum frontuosus. Si quid expendit: totum amittit. tristis. querulus. morosus. sollicitus suspirat. dubius heret. inuitus impendit. Magnificat datū. vilificat dandum. dat ut lucretur: sed non lucratur ut det. largus in alieno. parcus in proprio. Gulam euacuat: ut archam impleat Corpus extenuat: ut lucrum extendat. Manum habet ad dandum collectam: sed ad recipiendum porrectam. ad dandum clausam: sed ad recipiendum apertam. Porro substantia iniustorum sicut fluuius excicabitur. Quia qui male cōgregat: cito dispergit. Justum iudicium: ut que de malo proueniunt: ad malum perueniant. nec accedat ad bonū: quod non procedit de bono. Auarus ergo habet damnationem vite que nunc est: et future.

Initium vite hominis aqua et panis et vestimentum et domus: protegens turpitudinem. Nunc autem gulosis non sufficiūt fructus arborum . non grana leguminū. non radices herbarum nec pisces maris. non bestie terre nec aues celi. sed querūt pigmēta. cōparātur aromata et nutrimentur altilia . capiūtur obesa q̄ studiose coquūtur arte coquorū que laute parantur officio ministroꝝ . Alius contēdit et colat: alius cōfūdit. substātiam vertit in accidēs. naturā mutat in artem: vt saturitas trāseat in esuriem vt fastidiū reuocet in appetitū ad irritādū gulā nō ad sustentādū naturam Nō ad necessitatē replēdā sed ad auiditatē explendā. Cetery tā breuis est gule voluptas : vt spacio loci vix sit quattuor digitoꝝ. spacio tēporis vix sit totidē momētorū. Cōtēnitur mediocritas. et superfluitas affectatur. In diuersitate ciboꝝ et varietate saporū auiditas nescit modū et voracitas extēdit mēsurā. Sed et inde grauatur stomachus. turbatur sensus opprimitur intellectus et inde non sanitas: sed morbus et mors. Audi super hoc sentētiā sapiētis . Noli auidus esse in omni epulatione et nō te effūdas super escam oīmē. In multis enī escis nō erit infirmitas. et propter crapulā multi obierūt. Esca vētri a vēter escis: deꝰ aūt a hūc a has destruet.

Exempla contra gulam.

Gula carum tributū exigit: sed vilissimū reddit. Quia quanto sunt fercula dulciora tanto fetidiora stercora . Turpius egerit: quod turpius ingerit. superius et inferius horribilem flatum exprimens : et abhominabilē sonū emittens. Gula paradisum clausit. primogenita vendidit. suspēdit pastorē. decollauit baptistam. Nabuzardam princeps coquorū templum incendit. et hierusalem totam euertit. Balthasar in cōuiuio manū contra se scribentē aspexit. mane techel phares: et eadem nocte interfectus est a caldeis . Sedit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Sed

adhuc esca eorum in ore ipsorum. et ira dei ascēdit super eos
Qui epulabantur voluptuose interierūt in viis. dives qui
epulabatur quotidie splendide: sepultus est in infernum.

De ebrietate.

¶ Quid turpius ebrioso: cui fetor in ore. tremor in corpore
qui promit stulta. prodit occulta. cui mens alienatur.
facies transformatur? Nullum enim secretum vbi regnat
ebrietas. secundi calices quem non fecere disertum. Porro
non sufficit vinum. non cicera. non ceruisia. sed studiose cō=
ficitur. mulsum. siropus. claretum labore multo. solicitudi
ne magna. sumptu non modico. sed inde contentiones rixe
lites. et iurgia. Vinum enim potatum multum (vt ait sa=
piens) irritationem. iram. et ruinas multas facit. Et ex eo
fornicatio. vinum et ebrietas aufert cor. Propterea dicit a=
postolus. Fugite vinū in quo est luxuria. Et salomō. Ebri=
us zacharie. iohannes baptista vinum. et ciceram et omē
quod inebriare poterat non biberunt.

Exempla contra ebrietatem.

¶ Ebrietas enim verecunda nudauit. incestum commisit
filium regis occidit. principem exercitus iugulauit.
Verum est ergo q salomon ait. Vacantes potibus. et vocā=
tes simbola consumuntur. et isayas. Ve qui cōsurgitis ma
ne ad ebrietatem sectandam et potandum vsq; ad vesperam
vt vino estuetis. Cythara et lira. timpanum et tibia. et vi
num in conuiuiis vestris. Ve qui potentes estis ad bibendū
dium et letitia occidere vitulos. iugulare arietes. comede=
te carnes et bibere vinum. comedamus et bibamus: cras
enim moriemur. et reuelata est vox in auribus vestris vox
domini exercituum. Si dimittatur hec iniquitas vobis do
nec moriamini: ve corone superbie effraym. Sacerdotes et
pphete nescierūt pre ebrietate absorpti sūt a vino. Nescierūt

videntem. ignorauerunt iudicium. proh pudor. Cum ad pro
nunciandum lectionem a quodam patre benedictio petere-
tur: hesternam crapulam et ebrietatem nocturnam eructu
ans fertur alta voce dixisse. Potum seruorum suorum bene
dicat rex angelorum.

De luxuria hominis.

p Oro turpis mater ebrietas filiam procreat turpiorē.
Justum est enim vt qui in sordibus est: sordescat adhuc
omnes adulterantes sunt quasi clibanus accensus a coquē
te. Ceperunt principes furere a vino. venter enim opidē sa-
tur: libenter venerem amplexatur. O extrema libidinis tur
pitudo que non solum mentē effeminat: sed corpus eneruat.
non solū maculat aiam: sed fedat aiam. Omne itaq; pecca
tum quodcunq; fecerit homo: extra corpus suū est. Qui aūt
fornicatur: in corpus suū peccat. Semper illā precedunt ar
dor et petulētia. semp comitātur fetor et immūdicia. semper
sequitur dolor et penitētia. Fauus enim distillans labia me
retricis: nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius
amara sicut absinthium: et acuta quasi gladius biceps.

De generalitate luxurie.

f amiliaris inimicus habitans nō procul sed prope. nō
exterius sed interius. Nam virtus eius in lumbis ei⁹
et fortitudo illius in vmbilico ventris eius. Nunq̄ fugatur
nisi cū fugitur. nunq̄ mactatur: nisi cū maceratur. ad cau-
sam exigit libertatem et abundantiā. sed repetit ad effectū
facultatem et adiacentiā. hec omnē etatē corrūpit. oēm sen-
sum confundit. omnē ordinem soluit. oēm gradū peruertit
Inuadit enim senes et iuuenes. mares et feminas. pruden-
tes et simplices superiores et inferiores. ad extremū etiā sa-
cerdotes. qui nocte venerem libenter āplexantur: mane vir-
ginem venerantur. turpe dictu. turpius auditu: sed turpis-
simū actu. Dici enim liceat vt agi non libeat. Nocte filiū ve
neris agitāt in cubili: mane filiū virginis offerūt i altari.

q His eius multiplices species sufficienter valeat explicare? hoc enī penthapolim cū adiacenti regione subuertit. Sichen cum populo interemit. hoc et omnes filios iude percussit/Judeum et Madianitā pugione transfodit. tribum Beniamin pro vxore Leuite deleuit. filios help Sacerdotis in bello prostrauit. hec Uriam occidit. Amon infecit. Prelōpteros lapidauit. hec vrbem maledixit. Sālonē seduxit. Salomonem peruertit. Uerum est ergo quod legitur. Propter speciem mulieris multi perierunt. Nā vinū et mulieres apostatare faciūt sapiētes/et arguūt sensatos. hec multos vulneratos deiecit. et fortissimi quiqz interfecti sunt ab ea. Hic inferi domus eius penetrantes interiora mē tis. hec vires eneruat. sensus diminuit. dies consumit opes effundit.

De coitu contra naturam.

h Ec ignominiosam morphosim operatur. quam tamen apostolus non cofūditur nomiare/propterea inquit. Tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam femine nā eōrū cōmutauerūt uaturalem vsum in eum qui cōtra naturā est. Similiter et masculi relicto naturali vsu femine exarserunt in desideriis suis/inuicem masculi in masculos turpitudinē operātes. Quid hac turpitudīe turpius/quid hoc crimine criminosius? In lege quasi paria cōiungūtur. concubitus maris cū masculo/et coitus hominis cū iumento. Sic enī legitur in Leuitico. Cū masculo nō cōmisceberis coitu femineo: quia abhomiatio est. Cū oñi pecore non coibis nec maculaberis cum eo. utriqz par pena subtribuitur. Qui dormierit (inquit) cū masculo coitu femīeo: vtriqz operati sūt nephas: morte moriētur. pecus quoqz occidite. Qui habet aures audiendi audiat: immo qui dēspicit non respiscat.

De pena huius sceleris.

p Ena docuit quid hec culpa promeruit. pluit enī dominus super Sodomā et Gomorrā sulphur de celo

noluit deus cuiꝯ angelorum vel hominū execution̄e huius pene cōmittere: sed sibiipsi vindictā huius sceleris reseruauit secundū illud. Mea est vltio: et ego retribuā eis. Et ideo pluit dñs a dño videlicet a seipso non imbrem vel rorem: sed sulphur et ignē. Sulphur propter fetorem luxurie: ignem propter ardorem libidinis. Quatinus pena esset similis culpe nec misisse dicitur sed pluisse. quatinus ipso verbo magnitudinem et abundātiam pene notaret. Nemini pepercit oculus eius: sed omēs simul extinxit. Uxorē quoꝙ Loth q̄ retro respexit in statuā salis mutauit. Nec solum vrbes. sed omnē regionē circūadiacētē in mare mortuū et vallē sallinarū cōuertit. Horrendū est ergo incidere in manus dei viuētis. quāto maiorē sue lōganimitatis exhibet patientiā: tāto duriorem sue severitatis infert vindictam.

De Ambitioso.

O pes itaq; cupidus congregat et auarus conseruat. voluptates gulosus degustat luxuriosus exercet. honores ābitiosus affectat. et superbus se extollit. Ambitiosus semper est pauidus semper attētus. ne quid dicat vel faciat quod in oculis hominum valeat displicere. humilitatem simulat. honestatem mētitur. affabilitatem exhibet. benignitatem ostendit. subsequitur et obsequitur. cunctos honorat. vniversis inclinat. frequentat curias. visitat optimates. assurgit et āplexatur. applaudit et adulatur. bene nouit illud poeticum. Et si puluis erit nullū tamen excute. nullum prōptus et feruid⁹ vbi placere cognouerit remissus et tepidus vbi putauerit displicere improbat mala. detestatur iniqua sed alia cum aliis probat et improbat vt iudicetur ꝑoneus et reputetur acceptus vt laudetur ab omnibus. vt a singulis approbetur. et ecce grauem intra se sustinet pugnam. difficilēq; conflictum dum iniquitas pulsat animū. et ābitio continet manū. et quod illa suggerit faciēdum: hoc fieri nō

permittit. Concludunt autem adinuicem mater et filia. iniquitas et ābitio. Nam mater in aperto subsistit: et in occulto filia non resistit. Hec ergo vendicat sibi publicum: illa secretum. ambitiosus libenter agit de prīcipatu quem ambit et dicit. O quando principabitur ille qui seuerus sit in iustitia. pius in misericordia. qui non deuiet a timore vel odio. qui non corrumpatur prece vel precio. qui credat fidelibus. acquiescat simplicibus. qui sit humilis et benignus. largus et mansuetus. constans et patiens. sapiens et astutus.

De nimia concupiscentia ambitionis.

I Forte hac arte non proficit: recurrit ad aliam aduocat symoniā. et accedit ad Giezi per hunc ab illo nititur emere quod per se nō valet obtinere. supplicat et promittit. offert et tribuit. proh pudor gratiam quam gratis adipisci non potuit per fas et nephas nititur obtinere. Nec desistit adhuc se insistit et inuadit violenter honorem et imprudenter arripit dignitatem. Amicorum suffragio presidio propinquorum tantoq; dominationis inflamatur ardore tāta libidine presidendi vt scisma non horreat. scandalū non formidet: sed Giezi lepra percussit. et Simon perit cum pecunia. Chore cum cōplicibus ignis accensit. Datham et Abyron terra viuos absorbuit. Nullus itaq; sibi assumat honorem: sed qui vocatur a deo tanq; Aaron.

Exemplum de ambitioso.

I Quidum exemplū ambitionis reperitur in Absalone: qui cum aspiraret ad regnum fecit sibi currus et equites et quinquaginta viros qui precederent eū Et mane consurgens Absalon stabat iuxta introitum porte et oēm viz qui habebat negociū vt veniret ad regis iudiciū vocabat ad se: et dicebat. de q̄ ciuitate es tu? Qui respōdēs aiebat. Ex vna tribu isrl' ego sū seruus tuus. respōdebatq; ei absalō. Videt̄ michi sermones tui et boni et iusti: sed nō est qui

te audiat cõstitutus a rege. Dicebatq; ei Absalõ . Quis me cõstituit principẽ super terram vt ad me veniãt omnes qui habent negocium vt iuste iudicem. Sed cũ accederet ad cũ homo et salutaret eum extendebat manum suam et apprehendens osculabatur eum: faciebatq; hoc omi israel qui veniebat ad iudicium vt audiretur a rege. et sollicitabat corda virorum israel. Cunq; abisset Absalõ in ebron misit exploratores in vniuersas tribus israel dicens. Statim vt audieritis clangorem buccine: dicite regnabit Absalõ in ebrõ. et facta est coniuratio valida populusq; cõcurrẽs augebat cum Absalon. Quod breuis est miseria hominis.

Sed cum sublimetur in altum: promoueatur ad sũmũ statim cure succrescũt. sollicitudines cumulãtur. extẽdũtur ieiunia. vigilie producũtur ex quibus natura corrũpitur. spiritus infirmatur. corrũpitur somnus. amittitur appetitus. debilitat virtus. attenuatur corpus. et sic in seipõ deficiens nõ diiudicat dies suos: sed miserabilẽ vitã misera bilitori fine concludit. Verum est etiam illud poeticum. In se magna ruunt summisq; negatũ est stare diu. tolluntur in altum vt lapsu grauiore ruant. Verius est autem illud prophe ticum. Vidi impium superexaltatum et elevatum super cedros libani. transiui et ecce non erat: quesiui cum et non est inuentus locus eius. Anteq; repleãtur dies eius peribit le detur quasi vinea botrus eius in primo flore et sicut oliua florẽ proiiciens. Audi super hoc sẽtentiã sapiẽtis. Omis potentatus breuis vita.

De diuersis proprietatibus superborum.

Statim vt ambitiosus promotus est ad honorem in superbiam extollitur et in iactantiam efrenatur. nec curat prodesse sed gloriatur preesse: presumit se meliorem quia cernit se superiorem. sed bonum facit non gradus sed virt⁹. non dignitas sed honestas. priores dedignatur amicos. notos ignorat. extraneos comites cõtẽnit antiquos. vultum

aduertit. vlsum extollit. cerulcem erigit. fastū ostendit. grā dia loquitur. sublimia meditatur. subesse non patitur. prelatis īfestus. subditis onerosus. molesta nō suffert. cōcepta non differt. princeps et audax. glorioslus et arrogans. grauis importunus.

De superbia et casu luciferi.

Superbia cūctis īportabilis omībus odiosa inter omnia vitia tu sēper es prima. tu sēper es vltima. Nam omē peccatū te accedēte cōmittitur: te recedēte diminuitur Scriptū est enī. Initium oīs peccati superbia: primogenita mors. Hec enī inter ipa rez primordia creaturā contra creatorem erexit angelū circa deū: sed eum absq; mora deiecit. qm̄ in veritate nō stetit. Ab inocētia in peccatū a deliciis in miserias a celo empireo in aerem caliginosū. Audi prophetas in corde tuo: In celum ascendā. super astra celi leuabo solium meū. sedebo in mōtē testamenti in lateribus aquilonis ascendā super altitudinē nubium: et similis ero altissīo Tu signaculū similitudinis plenus sapientia et perfectus decore. in deliciis paradisi dei fuisti. omnis lapis preciosus operimentū tuū sardis topasius iaspis. crisolitus onix et berillus. saphirus. carbūculus et smaragdus. aurū opus decoris tui. Tu cherub extensus et protectus. et posui te in mō te dei sancto in medio lapidū ignitoz. Ambulasti perfectus in vīis tuis a die conditionis tue: donec inuenta esset īiquitas vite. peccasti: et eieci te de monte dei. Eleuatū est cor tuum in decore tuo: in terram proieci te. Cedri non fuerunt altitudines eo in paradiso dei. Abietes non equauerunt ad summitatem illius. platani non fuerūt equales frondibus illi⁹ Omne lignū precioslū paradisi non est assimilatū illi et pulchritudini eius. qm̄ preciosum fecit eum in multis condensis frōtibus. Ipe est rex super oēs filios superbie. Ipe est dracho magn⁹ ruffus habēs capita septē: et cornua decem et in

capitibus sūmis septē diademata cuius cauda trahebat ter
tiā partē stellaꝝ celi. et misit illas in terrā ⁊ proiectus est dra
cho ille magnus serpēs ātiquꝰ qui vocabat dyabolꝰ et satha
nas: qui seducit vniuersū orbē. ⁊ proiectus est in terrā. et an-
geli eius cum illo missi sunt. De quo et veritas ait. Videbā
satha nā quasi fulgur de celo cadentē. Nam omnis qui se ex
altat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur.

De arrogantia hominum.

¶ Superba presumptio. presūptuosa superbia que ange-
los nō solū deo voluit adequare: sed homines presum
pſit deificare. Porro quos erexit depressit. et quos exaltauit
humiliauit. hinc ait dñs per ꝓphām. Fili hoīs dic principi
tyri. hec dicit dñs eo ꝙ eleuatū est cor tuū quasi cor dei et dixi
sti. Deus ego sū: cū sis homo et non deus: Idcirco adducā su
per te robustissimos gentiū ⁊ interficiēt te. et morieris in ite
ritu occisorū. Nabugodonosor: qr potentiā suā superbe ia-
ctauit et ait. Nōne hec est babilō quā ego edificaui in domū
regni in robore fortitudinis mee. et ī glia decoris mei? Cū-
q adhuc sermo esset in ore regis: vox de celo ruit. Tibi dici-
tur Nabugodonosor rex: regnū tuū transit a te et ab oibus
te eiciēt. et cū feris erit habitatio tua. Fenū quasi bos come-
des. et septē tēpora mutabūtur super te donec scias ꝙ excel-
sus dñetur in regno hoīm. et cuicūq voluerit dat illud. Ea
dē hora sermo cōpletus est super Nabugodonosor. Hoc est er
go qđ legitur. Homo cū in honore esset nō intellexit. cōpara
tus est iumētis insipiētibus: et similis factus est illis. Sup
bia turri euertit. et linguā confudit. prostrauit Golyā: et su
spēdit Amā. et interfecit Nichanorē et peremit Anthiochū.
Pharaonem submersit. et Sennacherib interfecit: sedes du
cum superbum arefecit.

De abhominatione superbie.

¶ Quam detestabilis sit superbia dñs ipe per prophetā te
statur. Jurauit dñs deus in aīa sua dicit dñs exercituū

detestor ego superbiã iacob et iurauit dñs in superbia iacob
Si oblitus fuero vsq; ad finẽ omia opera illor. vnde inter
illa lex que dñs odit et septimũ quod detestat aĩa eius : Sa
lomõ primũ ponit oculos superbos. idest superbiã. et psa. di
es dñi exercituũ super omnẽ superbũ et excelsũ et sup omnẽ
arrogãtẽ et humiliabitur. et super omẽs cedros libani subli
mes et erectas. et super oẽs colles eleuatos et super omnẽ
turrĩ excelsã ⁊ super omẽs quercus basã. et sup omnẽ murũ
munitũ et incuruabit sublimitas hoĩz et humiliabitur alti
tudo virorũ. Propterea dilatauit infernus animã suã ⁊ ape
ruit os suum absq; vllo termino et descẽdent sublimes glo
rioſiq; eius ad eum . Dñs exercituũ cogniuit hec: vt detra
heret superbiã omnis gloríe. Job quoq; dicit. Si ascenderit
vsq; in celum superbia et caput eius nubes tetigerit: quasi
sterquilinium in fine perdetur.

Contra arrogantiam superborum.

Omnis fere vitiosus diligit sibi similem: superbus au-
tem odit elatum. Vnde salomon. Inter superbos sem-
per sunt iurgia. et vbi fuerit superbia ibi erit et contumelia
Superbus insolita gestit. consueta fastidit. magnum repu
tat si loqui dignetur. maximũ si surgit et amplexatur. Esti
mat plꝰ dignitatẽ ab ipso: ꝙ ipsũ assecutũ a dignitate nũq;
iperio. Superbia eius et arrogãtia et indignatio eius plusq;
fortitudo eius reuoluit in aĩo. quod legitur in euangelio. Fa
cta est contẽtio inter discipulos iesu quis eorũ videretur esse
maior et ait illis iesus. Principes gentiũ dñantur eorum. et
qui potestatem habent inter eos benefici vocãtur. Vos aũt
non sic: sed qui maior est inter vos erit sicut iunior. et qui p̃
cessor est fiat sicut ministrator . Et petrus apostolorũ ma-
gister non quasi dominantem in clero sed forma facti gre-
gis in animo. Domini est terra et plenitudo eius orbis ter
rarum et vniuersi qui habitãt in eo. Vnus est ergo deus. vn

est dñs/ ceteri non sunt dñi sed ministri quibus interdicitur dominiū et indicitur ministeriū. Audi super hoc sapientem Rectorē te posuerūt noli extolli:sed esto in illis q̄si vnus ex illis.

Contra fraudem ambitiosorum.

f Filii Zebedei qui per interuentū matris honorē postulauerunt a Christo dic inqnit vt sedeant hi duo filii mei vnus ad dexterā et vnus ad sinistrā in regno tuo:audire me ruerunt. Nescitis quid petatis. Non enim honore: sed onere peruenitur ad regnū. Vnde dominus subdit. Non est hoc meum dare vobis. dare est meū:sed non vobis idest ambitiosis/quales vos estis . Licet autē omīs potestas a deo sit superbus tamen non regnat ex deo/ secundum illud propheti cum. Ipsi regnauerunt et non ex me. principes extiterunt et non cognoui eos.

De proprietat ibus arrogātium.

c Superbus amat primas cathedras in sinagogis . primos recubitus in cenis. salutatōnes in foro et vocari ab omībus Rabbi. Non nomīe persone:sed nomine fortune vult appellari. Non vt homo:sed vt deus vult honorari. Sedet sublimis. incedit excelsus. vult sibi homines assurgere: singulos inclinare. Porro Philosophus quidā volens arrogātiam cuiusdam regis eludere: cū vidisset eū in throno regali sedere sublimē:prostratus in terra suppliciter adorauit et cōfestim nō inuitatus ascēdens iuxta regem cōsedit. quod rex vehemēter admirās eo q̄ nosset eū philosophum quid hoc egerit inquisiuit. Philosophus ergo respondit. Aut dñs es aut homo. si deus en debui te adorare:si homo potui iuxta te sedere. Rex autem cōtra philosophū rationē cōuertēs intulit immo si homo sum non debuisti me adorare. Si deus sum non debuisti iuxta me sedere. Sapienter iste respondit:sed ille prudenter concluſit.

De superfluo cultu.

p Vimi parentes fecerunt sibi perizomata post pctm̄. et a Christo dicitur Christianis. nō duas tunicas habebi

tis/sed iuxta Johānis consiliū.qui habet duas tunicas det vnā non habēti. Superbus aūt ut magnificus videat sata git vestiri duplicibus.indui mollibus.ornari pciosis. Sed quid est homo preciosis ornatus/nisi sepulchrum foris dealbatū/intus aūt pleuus spurcicia? Jacintus et purpura. coccus et byssus in limo putrescunt. aurū et argentum lapides et gemme in luto sordescunt.dignitas et potestas male iacēt in puluere.honor et gloria male sedent in cinere.Quid ergo superbe filateria dilatas/sed et magnificas fimbrias? Diues qui induebatur purpura et bysso sepultus est in infernum. Dina filia patriarche Jacob añq̄ egrederetur (ut ait Josephus) ut emeret ornamentū mulierū puincialiū virgo pmansit.Cū aūt exiuit Sichem:filius regis Emor eā violenter oppressit. Holofernes qui sedebat in canopeo qui erat ex purpura et auro et smaragdo et lapidibus pciosis intextus:iugulatus est a Judith· que cum prius vteretur cilicio:ornatū iocunditatis assūpsit. Audi super hoc sententiā sapiētis. In vestitu ne glorieris vnq̄.Et aplus. Nō in veste pciosa/nec sit extrīsecus capillatura aut circūdatō auri:aut vestimentorum cultus.

Contra superfluum ornatum.

a Ttende quid contra superfluū ornatum commine-
tur dominus per prophetam.Pro eo q̄ eleuate sunt filie Spon/et ambulauerunt extenso collo/et nutibus oculorum ibant:decaluabit dominus verticem filiarum Spon et crinem earum nudabit.In die illa auferet dominus ornatum calciamentorum/et limulas/et torques/ et monilia / et murenulas/et olfactoriola/et inaures et anulos et gemmas in fronte pendentes et mutatoria et lintheamina/et acus et specula et sindones et mitras et teristra·et erit pro suauni odore fetor. pro zona funiculus: et pro crispāti crine caluicium.et pro falcia pectorali cilitiū.Ecce iusta redditur pena pro culpa:ut in eo puniantur in quo peccauerunt. Au-

di adhuc super his aliū prophetā. O tyre bissus varia de egy pto texta est tibi in velū. iacintus et purpura de insulis Elysa facta est operimentū tuū. dentes eburneos et ebennos cō mutauerūt in precio tuo gēmam et purpurā et scutulata et byssum et sericū proposuerūt in mensa tua. dederūt institores tui in tapetibus ad sedendū et repleta es et glorificata es nimis. sed nūc cōtrita es in mari in profūdis aquarū. opes tue ad nichilū redacte sūt. cōtrita es et nō eris imperpetuū.

Qđ plus defertur vestibus ꝙ virtutibus.

c Dom quidam philosophus in habitu contemptibili principis aulam adisset/et diu pulsans nō fuisset admissus: sed quotiens tentasset ingredi/totiens cōtigisset repelli: mutauit habitum et assumpsit ornatum. Tūc ad primam vocem aditus patuit venienti qui procidens ad principis pedes pallium quod gestabat cepit venerabiliter osculari. super quo princeps admirans quid hoc ageret exquisiuit. philosophus respondit. honorantem me honoro. quia quod virtus non potuit: vestis obtinuit. O vanitas vanitatum. plus defertur vestibus ꝙ virtutibus. plus venustati: ꝙ honestati.

De ornatu persone/et mense/et domus.

a Rtificialis species superducitur. et facies obducitur naturalis. tanquam hominis artificium artem superet creatoris. Non sic/non sic. Considerate (inquit) lilia agri quomodo crescunt. non laborant neq; nent. Dico autem vobis quoniā nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Ablit ut adulterinus color cōparabilis sit natiuo. Quinimmo cū facies adulterino colore fuscatur os abhominabili fetore corrūpitur. Vniuersa vanitas omis homo viuens. Quid enī vanius ꝙ plectere crines/plantare cesariem/vngere genas/pingere faciem/producere supercilia? quandoquidem fallax sit gloria: et vana pulchritudo. oīs caro fenum: et oīs gloria eius quasi flos agri. quoniā tanꝙ

tenū velociter arescent: et sicut olera herbarū cito decident. Vt aūt ornatum persone pretereā ne malignius potius videas ꝙ verius aliquos subticem. quid vanius ꝙ ornare mē sam mātilibus picturatis. cultellis ebore manicatis. vasis aureis. vasculis argenteis·scutellis et cochleariis. furcinulis et salariis. bacilibus et vrceolis. capulis ⁊ flabellis. quid prodest pingere cameras. ditare particas. palliare vestibulū. substernere pauimentū. cōponere lectulū inflatū plumis. opertum sericis. obductū coltinis. aut etiam cauapeo· Scriptū est enim. Non cum morietur accipiet hec omnia: neq; simul descendet cum eo gloria eius.

Incipit Tertius liber de damnabili humane conditionis egressu.

Non est qui de cordis mundicia valeat gloriari quoniam in multis offendimus omēs. et si dixerimus quoniā peccatū nō habemus: nosipos seducimus et veritas in nobis non est. Quis est ille qui velit illud dicere cum Apostolo. Nichil michi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Quis est hic/et laudabimus eum? Ecce inter sanctos nemo est immutabilis. Celi nō sunt mūdi in conspectu eius/et in angelis suis reperit prauitatem. quāto magis abhomīabilis est homo et inutilis qui bibit aquam quasi iniquitatem. Penituit ergo ꝺum ꝙ hoīem fecisset in terra. eo ꝙ multa esset hominū malitia super terram/et cūcta cogitatio homīs oīni tempore semper est ad malum intenta. et ideo tactus dolore cordis intrinsecus deleuit hoīem quē creauit. Porro superabundauit iniquitas. refriguit caritas multorū. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum/non est usq; ad vnū· Tota pene vita mortalium mortalibus plena est peccatis: vt vix valeat inueniri qui non deuiet ad sinistram/qui non reuertatur ad vomitum/qui non computrescat in stercore suo. Quinpotius gloriantur

cum malefecerint/et exultãt in rebus pessimis. Repleti sũt omni iniquitate.fornicatione.auaritia.nequitia.pleni inuidia.homicidiis.contentione.dolo.malignitate.susurrones. detractores.deo odibiles.cõtumelioſi.superbi.elati.inuẽtores malorũ.parentibus nõ obediẽtes.insipientes. incompositi.sine affectiõe-absq; federe.sine misericordia.Talibus et peioribus mũdus iste repletus abundat. hereticis et scismaticis.perfidis et tyrannis.symoniacis et hypocritis.ambitiosis et cupidis.raptoribus et predonibus. violentis et exactoribus. vsurariis et falsariis.impiis et sacrilegis.proditoribus et mendacibus. adulatoribus et fallacibus. garrulis et versutis.gulosis et ebriosis.adulteris et incestuosis. mollibus et immũdis. pigris et negligentibus. vanis et prodigis. impetuosis et arrogantibus. incredulis et desperatis. deinde vniuersis vitiis irretitis. Porro sicut deficit fumus deficiant.et sicut fluit cera a facie ignis:sic pereant peccatores a facie dei.

De doloribus quos mali patiuntur in morte.

m Alli siquidẽ quattuor dolores patiũtur in morte. Primus dolor est angustia corporea tãta et tã grauis quã tal vel qualis nõ fuit nec est in presenti vita ante dissolutõem illã. Quod in quibusdã/et si nõ in oĩbus apparet pre nimio dolore seipsos discrepãtibus. Foris enim incompabilis est violentia quãdo nexus illi phisicales nodi inter corpus et anim̃ã disrumpuntur. Vnde Propheta lamentando ait. Circũdederuut me dolores mortis. Nota circundederunt me. nõ est membrum/non est articulus in corpore:quod non inuoluatur illo inexplicabili dolore. Secundus dolor est quando iam plene defatigato corpore et suis exhausto corpore viribus anima multo liberius videt tunc in momento occurrere omĩa opera bona vel mala que fecit. que omnia reducũtur ante oculos iteriores. Dolor iste tãtus/et retractõ ista tã grauis est ꝙ aĩa plurimũ turbata cogit ꝙ seipam odisse

vnde dicitur. Torrentes iniquitatis conturbauerũt me. Nota. torrentes enĩ cum magno impetu veniũt/et vidẽtur oi tuere omnia. Ita in morte vidẽbit malus omnia subito que ante fecit opera mala vel bona. Tertius dolor est quãdo anima iam incipit tam iuste diiudicare et sibi pro iniquitatibus suis singularia debita gehenne videt imminere. vnde dicitur. Circundederũt me dolores mortis. Quartus dolor est quando anima adhuc in corpore posita videt spiritus malignos ad impediendũ se paratos. Vbi tantus dolor est et timor: ꝙ misera anima licet exitura quandiu potest refugiat/et tempus sue captiuitatis redimat anteꝙ de corpore exeat. Videt etiam tam bonus ꝙ malus anteꝙ anima egrediatur de corpore/Christum in cruce positũ. malus ad confusionem: ut erubescat se non esse redemptum (sua culpa exigente) sanguine Christi. Bonus vero videt ad exultatõnem. Et hoc habemus ex verbis apostoli qui ait. Vsqꝫ in diem aduentus eius .i. usqꝫ in diem mortis quãdo apparet tam bonis ꝙ malis Christus in cruce positus.

De putredine cadauerum.

Exibit spũs eius et reuertetur in terrã suã. in die illa peribunt oẽs cogitatõnes eorũ. et quot et quanta mortales de mũdane prouisionis incertitudine cogitãt: sed subrepente subito veniẽte mortis articulo/repente cũcta que cogitant euanescũt sicut vmbra cũ declinat: ablati sũt/ et excussi sunt sicut locusta. Exibit ergo spiritus non voluntarius sed inuitus. quia cũ dolore dimittit que cũ amore possedit. ac velit nolit cõstitutus est ei terminus qui ꝑteriri nõ poterit: in quo terra reuertetur in terrã. Scriptũ est eĩ. Terra es et in terrã ibis. Naturale siquidẽ est ut materiatũ i materiã reuertatur. Auferet ergo spm eoꝝ et deficiẽt. et in puluerẽ eoꝝ reuertẽtur. Cũ aũt morietur homo hereditabit bestias et serpentes et vermes oẽs in puluere dormiẽt et vermes opient eos. Sicut vestimentũ sic comedet eos vermis. et sicut lanã

sic deuorabit eos tinea. quasi putredo ꝓlumēdus sū et q̄ vestimentū quod comeditur a tinea. Putredini dixi pater meus es: mater mea et soror mea vermibus. hō putredo: et filius vermis: Quā turpis pater. q̄ vilis mater q̄ abhoīabilis soror. Cōceptus est hō de sanguīe p ardorē libidis putrefacto. cuius tādem cadaueri q̄ funebres vermes assistēt. Viuus pediculos et lūbricos: mortuus generabit vermes et muscas. Viuus ꝓducit stercus et vomitū: mortuus ꝓducit putredinē et fetorē. Viuus hoiem vnicū ipugnauit: mortuus vermes multos impugnabit. Quid ergo fetidius hūano cadauere/ quid horribilius mortuo hoīe? Cuius gratissimus erat amplexus in vita: horribilis erit aspectus in morte. Quid ergo prosūt diuitie? quid epule? quid honores? Diuitie enī nō liberabūt a morte. epule nō defēdent a verme. honores nō defēdent a fetore. Qui modo glōsus in throno: modo iacet sepultus in tumulo. Qui modo fulgebat ornatus in aula: modo sordet nudus in tūba. Qui modo vescebatur deliciis in cenaculo: modo consumitur a vermibus in sepulchro.

De tristi memoria damnatorum.

V Indicta carnis impii vermis et ignis. Vterq; duplex/ interior qui rodit et vrit cor: exterior qui rodit et vrit corpus. Vermis (inquit) eorū non moritur: et ignis non extinguitur. dabit dominus ignē et vermes in carnes eorum ut vrantur et sentiant usq; in sempiternū. Vermis cōscientie tripliciter lacerabit. Affliget memoria. turbabit pena. torquebit angustia. Venient enim ad diem iudicii in cogitatio ne peccatorū suorum timidi/ et trāsducet illos ex aduerso in iquitas eorum dicentes. Quid profuit nobis superbia/ et diuitiarū iactantia quid cōtulit nobis? Transierūt omīa illa sicut vmbra: sicut nauis que pertransiit fluctuāte aqua cuius cum preteriit non est inuenire vestigiū. Sic nos nati cō tinuo desinimus esse: virtutisq; signū nullum valemus ostēdere: sed in malignitate nostra consumpti sumus. Cū inge

ti turbatione tecogitabunt queque cum nimia delectatione gesserunt: ut stimulus memorie pungat ad penā: quos aculeus nequitie stimulauit ad culpam.

De inutili penitentia damnatorum.

D Icent intra se penitentiā agētes errauimus in via veritatis et iustitie lumē nō illuxit nobis. Tūc incipiēt dicere mōtibus cadite super nos. Penitebūt ad penā: sed nō quertentur ad veniam. Justū est enī ut quia noluerūt cū potuerūt: cum velint non possint. Dedit enim deus eis locū penitentie: et ipi abusi sunt eo. Propterea diues ille qui cruciabatur in flama dicebat ad Abraham. Rogo te pater ut mittas Lazarū in domo patris mei. habeo enim quinq; fratres ut testetur illis ne et ipi veniāt in hunc locum tormētorum. Cui cum Abraham respōdisset/habent Moysem et prophetas audiant illos: subiunxit. Non pater Abrahā. sed si quis ex mortuis ierit ad eos: peitentiā agēt. Agebat et ipe penitē annūciaret hoc frībus. q̄tinus agerēt peitentiā in hoc seculo fructuosā. quia tunc pōst homini peitere: cū potest ipse peccare.

De inefabili angustia damnatorum.

V Identes turbabuntur timore horribili gementes pre angustia spiritus et dicentes. hi sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperii. nos insensati vitam illorum putabamus insaniem/et finem eorum sine honore. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei: et inter sctōs sors illor est. Suppliciū erit malorū intueri gloriam beatorum. licet forte post finem iudicii beati quidem visuri sunt reprobos in tormentis. scōm illud. Letabitur iustus cū viderit vindictam reproborū. Reprobi vero nō sunt visuri beatos in glia scōm illud. Tollatur impius ne videat gloriam dei. Talia dicent in inferno peccatores. qm spes impii tanq̄ lanugo est que a vento tollitur: et tāq̄ spuma gracilis que a procella dispergitur / et tanquā fumus

a vento diffusus.et tanq̃ memoria hospitis vnius diei.

De diuersis penis inferni.

Pene autem infernales secundum diuersa peccata sũt diuerse.Prima pena est ignis.Scda frigus.De his dicit dñs.Ibi erit fletus et stridor dentiũ.fletus propter fumũ ignis:stridor dentiũ propter frigus. Tertia pena dicitur fetor.De his tribns dicitur ignis spũs procellarum. Quarta vermes indeficientes. Vnde dicitur vermis eorum nõ moritur.Quinta flagra percucientiũ.Vnde dicitur parata sũt iudicia blasphematoribus et percutientes mallei stultoruz corporibus.Sexta tenebre palpabiles et exteriores et interiores.Vnde illud.terra miserie et tenebrarũ vbi vmbra mortis.Et illud.ineternũ non videbit lumen.Et illud.impii in tenebris cõticescent. Septima cõfusio peccatorũ. Tũc enĩ (vt legitur)erunt libri aperti idest conscientie hominũ omnibus erũt manifeste.Octaua horribilis visio demonũ qui videbuntur in excutione flãmarum de igne ascendentium. Nona ignee cathene quibus impii singulis membris astringentur.Prima est concupiscentiũ. Secunda malicioso:um Tertia luxurioso:um.Quarta inuidoz:um et odiũ habẽtiũ. Quita eo:um qui in hoc seculo per flagella non meruerunt castigari.quia exacerbauit dominũ peccato: secundũ multitudinem ire sue:non queret.Sexta eoz qui in tenebris ãbulãtes ad lumen verũ scilicet ad Christum venire cõtẽpserunt. Septima.confitentiũ peccata sua et penitentiã cõtẽnẽtiũ.Octaua eo:um qui libenter in hoc seculo vident mala et faciũt. Nona eoz qui per singula vitia sunt defluxi qui ãbulant in desideriis suis et eunt post cõcupiscẽtias suas.

De igne gehennali.

Ignis gehennalis nec lignis nutritur nec flãmis succenditur.sed a deo creatus est inextinguibilis ab origine mũdi.Sicut scriptũ est.Deuorabit eũ ignis qui nõ succenditur. Creditur autẽ sub terris esse secũdũ illud propheticũ

Infernus subtet conturbatus est in occursum tui aduentus Sed et omnis locus reprobis est penalis qui semper defecunt cruciatum/et vbiq; circa se tormentū incurrunt. Producam(inquit)ignem de medio tui qui comedet te. Ignis autem gehenne semper ardebit et nunq; lucebit. semper vret et nunq; consumetur. semper afficiet et nunq; deficiet. Est enī apud inferos summa tenebrarū obscuritas. immensa penarum acerbitas. infinita miseriarum eternitas. Ligatis(inquit)manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Singula membra prosuis peccatis propria sustinebūt tormenta: ut in eo puniantur in quo peccauerunt. Scriptum est enim. Per que peccat homo per hec et torquetur. Vnde diues qui lingua peccauerat: torquebatur in lingua. propter quod ipse clamabat. Pater Abraham miserere mei. et mitte Lazarum ut intingat extremū digiti sui in aqua: ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Per digitum intelligitur operatio. digitis enim operamur/quasi dicat. Si minimū operum Lazari haberem: minorem penam sentirem.

De tenebris inferni.

Reprobi vero non solum exterioribus tenebris inuoluuntur: quia spirituali luce pariter et corporali carebunt. Scriptum est enim. Tollatur impius ne videat gloriam dei qui solus intererit in lucem sempiternam. Tātam autem in penis reprobi tolerabunt angustiā: ut vix aliquid cogitare valeant propter penam sed illuc dirigent impetum cogitatōis: vbi sentiunt vim doloris. Sane discipulus quidam fertur apparuisse Magistro post mortem. quem cum Magister intellexisset esse damnatū queliuit ab eo si alique questiones verterentur apud inferos. Qui dicitur respondisse apud inferos nichil preter penam esse: sicut Salomon ait: Nec opus. nec ratio. nec sciētia est apud inferos qno tu properas. Erit in reprobis tanta mentis obliuio. tanta ceci

tas animi tanta cõfusio rationis: ut raro vel nũq̃ ad cogitã
dum de deo possint assurgere. vt ad confitendũ valeãt respi
rare. Nam a mortuo perit confessio tanq̃ ab eo qui non est.
Scriptum est enĩ. Non mortui laudabũt te dñe: neq̃ omẽs
qui descendũt in infernũ. Non infernus confitebitur tibi: ne
q̃ mors laudabit te. De conuersione penarum

Imitte me (dicit Job) ut plangam paululũ dolorem
d meũ anteq̃ vadam et nõ reuertar ad terram tenebro
sam et opertam mortis caligine. terrã miserie et tenebrarũ
vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror in
habitat. Ordo quidem erit in quãtitate penaꝝ quoniam in
qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. ut qui graui
us peccauerũt: grauius puniãtur. Potẽtes enĩ potenter tor
menta patientur. Sed nõ erit ordo in quantitate rerũ/et in
qualitate elemẽtoꝝ. q̃ ignis exuret et non lucebit: ut seruiat
ad tormenta et nõ ad consolationẽ inducendã. quia de aquis
nimiũ frigidis translibũt ad calorem igneũ/et de ardore ni=
mio ad frigus intolerabile: ut subita ꝓtrariorũ mutatõ gra
uiorem inferat cruciatũ. Experimẽto cognoui q̃ adustus si
frigidũ statim adeat: ardentiorem sentiet cruciatum.

De difidentia damnatorum.

c Icut oues in inferno positi sũt: mors depascet eos. Di
ctum est a simili iumentoꝝ que non radicitus herbas
euellũt: sed sũmitates carpũt ut iteꝝ herbe renascãtur ad pa
stum. Sic impii q̃ morte depasti reuiuiscẽt ad mortẽ ut eter
naliter moriãtur. Sic ⁊ incõsumptũ tisiõis sempq̃ renascẽs
non perit/ut possit sepe perire iecur. Tũc erit mors immor
talis. tũc viuẽt morti qui vite sũt mortui. querẽt mortẽ et nõ
inuenient qui vitã habuerũt et ꝓdiderũt. Audi Johãnẽ in Apo
calipsi dicẽtem. In diebus illis querẽt homines mortẽ: ⁊ nõ inue
niẽt eam. et desiderabũt mori et fugiet mors ab eis. O mors
q̃ dulcis esses quibus tam amara fuisti. Te solam desidera
ter optabũt: qui te solam vehementer oderunt.

Cur reprobi nunq̃ liberantur à penis.

n Dilus ergo sibi blandiatur et dicat quia deus non vl
q3 in finem irascetur neq3 ineternū indignabitur: sed
miseratio eius super omia opa eius. quia cū iratus est non
obliuiscitur misereri. Nec quicq̃ eorū que fecit odiuit: assu-
mens in argumentū erroris. quod ait dñs per Prophetam.
Congregabūtur in cōgregatōne vnius falcis in lacū et clau
dētur in carcerem / et post multos dies visitabūtur: hō nāq3
peccauit ad tempus: non ergo deus puniet ineternū. O spes
inanis. O falsa presumptio. Non credat frustra errore dece-
ptus q̃ aliquo precio redimēdus sit. qm̃ in inferno nulla est
redemptio. Cōgregabūtur ergo peccatores in lacū et claudē
tur in carcerē / scz in inferno. in quo sine corporibus vsq3 ad
diē iudicii torquebūtur: et post mltos dies visitabūtur post
q̃ videlz resurgēt cū corporibus in nouissimo die visitabūtur
non ad salutē: sed ad vindictā. q3 post diē iudicii grauius pu-
nientur Sic et alibi dicitur. Visitabo in virga iniquitates
eorū / et in verberibus peccata eor. Predestinatis ergo de⁹ ira-
scitur tp̃aliter q3 flagellat oēm filiū quē recipit. de quibus il
lud accipitur. Nō in finē irascetur. ac̃. Reprobis aūt de⁹ ira
scitur eternaliter: q3 iustū est ut quod impius in suo preuari
catur eterno: deus vlciscatur in suo. Nā licet peccādi facultas
illū dimittat: ipe tñ non dimittit volūtatē peccādi. Scriptū
est ei. Superbia eor qui te odert ascēdit sp. Nō humiliabunt re-
pbi iā despati de vita: sed malignitas odii tm̃ in illis excercet
ut velint illū oīno nō ee per quē sciūt se tā infeliciter esse dā
natos. Maledicēt altissio et blasphemabūt excelsū / cōquerē
tes eū esse malignū qui creauit eos ad penā: et nūq̃ inclinet
ad veniā. Audi Johēm in Apocalipsi dicentē. Strādo magna
descēdit de celo in hoies et blasphemauerūt deū propter pla
gam grandis: qm̃ magna facta est vehemēter. Volūtas ergo
dānati licet amiserit ptātis effectū: sp tñ habuit malignitatis
affectū. et ipa erit in inferno supplicīū que fuerat in mundo

peccatū.licet forsan ibi peccatum sit:sed non meritum pene. Impius ergo quia semper habebat in se reatū ex culpa: semper sentiet se cruciatum ex pena.quia quod ipse per penitentiam non deleuit:deus per indulgentiam non remittit.Ad magnam ergo pertinet iustitiam iudicantis/ut nūq̄ careant gehennali supplicio: qui nūq̄ in hac vita voluerūt carere peccato.Voluissent itaq; si possent viuere sine fine: ut potuissent sine fine peccare.Ostendunt enī q̄ semper in peccato viuere cupiūt:q; nūq̄ desinūt peccare dū viuunt.

Testimonia de supplicijs eternalibus.

q Vis(inquit ysaias)poterit habitare de nobis cum ardoribus sempiternis? Illic fumus erūt in furore meo ignis ardens tota nocte/et die non extinguetur:sed ascendet fumus eius in sempiternū.Hieremias. Dabo vobis in opprobrium sempiternū/et ignominiam eternam: que nunq̄ obliuione delebitur.Daniel.Qui dormierint in terre pulue re euigilabūt:alii in vitā eternā:alii in oppbriū ut viuāt semper.Salomon.Mortuo impio homine:nulla spes de eo erit hinc extemplo veniet perditio sua/et subito conteretur nec habebit ultra medicinam.Et Johannes apostolus in Apocalipsi. Si quis adorauerit bestiam et imaginem eius: hic bibet de vino ire dei.et cruciabitur igne et sulphure.et fum9 tormentorū ascendet in secula seculoz.nec habebit requiem die ac nocte qui adorauerit bestiā et imaginem.Confirmat hoc veritas que damnādos in iudicio reprobabit dicēs. Ite maledicti in ignem eternū qui prepatus est diabolo et angelis eius.Si secūdum iudiciū diuinū/in ore duorū vel trium testiū stet omne verbū:quanto magis in ore tot et tantoz virorum deposita veritate constabit. De die Judicii.

e Ece ergo dies dñi veniet crudelis et indignatione plenus ire et furoris ad ponendā terrā in solitudīe et peccatores ei9 gterēdos de ea qm̄ stelle celi et splēdor eaz nō expandēt lumē suū.obtenebratus est sol et luna nō splēdebit in ortu

suo.et visitabo super orbem mala et contra impios iniquitatem eorum: et requiescere faciam superbiam infidelium et arrogantiam fortiorũ humiliabo. Propterea omnes manus dissoluentur.et omne cor hominis tabescet et conteret. tortiones et dolores tenebũt eos quasi parturiẽtes dolebũt. vnusquisq; ad proximum suũ stupebit. facies cõbuste vultꝰ eorũ. Dies illa dies ire. dies tribulationis et angustie. dies calamitatis et miserie. dies tenebrarũ et caliginis. dies nebule et turbinis. dies tube et clangoris. qr cõsũmationẽ faci et dñs cum festinatione cunctis habitantibus in terram. et repentina dies illa superueniet tanq̃ laqueus in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Quoniã sicut fulgur exit ab oriente et apparet vsq; in occidentem: ita erit aduentus filii hominis. dies enĩ dñi sicut fur in nocte: ita veniet. Cũ dixerit pax et securitas: tunc repẽtinus eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero habenti et non effugient.

De precedente tribulatione.

P Recedet autẽ tribulatio magna qualis numq̃ fuit ab initio mundi vsq; modo. nec fiet. Et nisi abreuiati fuissent dies illi: non fieret salua omnis caro. Surget enĩ gẽs contra gẽtem. et regnum aduersus regnum. et terremotus erunt per loca. et pestilentie et fames terroresq; de celo et tẽpestates. et erunt signa in sole et luna et stellis. et in terris pressura gentium pre cõfusione sonitus maris et fluctuum arescentibus hominibus pre timore et expectatione que superueniet vniuerso orbi. Surgent pseudo Christi. et pseudo prophete et dabunt signa magna et prodigia vt in errorem inducantur si fieri possit. Etiam electi tũc releuabitur homo peccati filius perditionis qui aduersatur et extollitur super omẽ qđ dicitur aut colitur deus ita vt in templo dei sedeat ostendens se tanq̃ sit deus quẽ dñs Jesus interficiet spiritu oris sui. Mittetur autẽ helyas propheta priusq̃ veniat dies dñi magnus et horribilis. et cõuertet corda patrũ

in filios: et cor filiorum ad patres eorum . cum quo veniet et Enoch et prophetabūt diebus mille ducētis sexaginta amicti saccis. Et cū finierint testimonium suū: bestia que ascendit de abysso faciet aduersus illos bellum et vincet illos et occidet. et corpora eorū iacebūt in plateis ciuitatis magne: vbi dñs illorum crucifixus est et post tres dies et dimidium spiritus vite intrabit in eos.

Qualiter veniet dñs ad iudicium.

STatim autem post tribulationem eorū dierū sol obscurabitur et luna non dabit lumē vel splendorē suū: et stelle cadent de celo et virtutes celorū mouebūtur et tunc apparebit signū filii hominis in celo: et plangēt super eum omnes tribus terre. reges et principes tribuū. et diuites et fortes et omis seruus et liber abscondēt se in speluncis et in petris montium et dicent montibus et petris: cadite super nos et abscondite nos a facie sedētis super thronū et ab ira agni qm̄ veniet dies magnus ire ipor et quis poterit stare? et mittet angelos cum tuba et voce magna et congregabūt electos dei a quattuor ventis celi a sūmis celorū vsq; ad terminos eorū. Tūc ipse dñs cū iussu et in voce angeli et in tuba dei descēdet de celo· et omēs qui in monumētis sunt audient vocē filii dei. et procedent boni in resurrectionē vite: mali vero in resurrectionē iudicii. Mors et infernus dabūt mortuos suos qui in ipis erūt. et videbit omnis oculus. et qui eū pupugerūt filiū hoīs: veniētē in nubibus celi cū virtute magna et maiestate. Veniet autē dñs ad iudiciū nō solū cum angelis suis sed cū senioribus populi sui. Nobilis in portis quādo sederit cū senatoribus terre . Sedebunt eni et ipi super sedes duodecī iudicātes duodecim tribus israel. Aspiciebam (inquit) donec throni positi sunt. et ātiquus dierū sedit. Vestimētū eius quasi nix candidū. et capilli capitis eius quasi lana mūda. Thronus eius quasi flama ignis accensi. rote eius quasi ignis accēsus fluuius igneus rapidus

qui egrediebatur a facie eius. Milia milíū ministrabant ei et decies centena milia assistebant ei. Deus manifeste veni- et deus noster et non silebit . Ignis in conspectu eius exar- in circuitu eius tempestas valida. Nubes et caligo aduocat celū de sursū et terrā discernere populū suū. Nā cō cē sicut separat pastor oues ab hedis. Et statuet quidē oues a dextris: hedos autem a sinistris.

De potentia/sapientia/et iustitia iudicis.

¶ Vantus tunc erit timor et tremor quantus erit fletus et gemitus. Nam si columne celi cōtremiscunt. et pa uescunt aduentum eius/et angeli pacis amare flebunt/pec catores autem quid facient? Si iustus vix saluabitur: impi us et peccator vbi parebunt? Propterea clamabat Prophe- ta. Ne intres in iudicíū cum seruo tuo: quia non iustificabi tur in conspectu tuo omnis viuens. Si iniquitates obser- uaueris domine: domine quis sustinebit? Quis enim non timeat iudicem potentissimū/sapientissimū/et iustissimū? potentissimū: quem nemo potest effugere. sapientissimum: quem nemo potest latere. iustissimū: quem nemo potest cor rumpere. Si fortitudo queritur: robustissimus est. sapiens corde/et fortis robore. Si equitas iudicii: nemo audet pro me testimonium reddere. Si iustificare me voluero: os me- um condemnabit me prauum cum probabit/etiam si sim- plex fuero ipse dicit et facta sunt: ipse mādauit et creata sūt. Qui vocat stellas et dicunt adsumus. Qui facit angelos su- os spiritus/et ministros suos ignem vrentem. Cuius volū tati omnino nichil resistit. cui nullum verbum impossibile. Cui omne genu flectitur: celestium/terrestrium/et inferno rum. Hunc nemo potest effugere: dicēte Propheta. Si ascen dero in celum tu illic es: si descendero ad infernū adēs. Ipse scrutatur renes et corda: cuius oculis omnia sunt nuda et

aperta.qui pluuie guttas et arenam maris dinumerat de⸗
us scientiarum prescius. omnium occultorum indagator
hunc nemo potest latere sicut dicit apostolus. Nulla creatu
ra est inuisibilis in conspectu dei ipse est iustus iudex fortis
et longanimis qui nec prece nec precio nec amore nec odio
declinat a semita rectitudinis. Sed via regia semper ince⸗
dens:nullum malum preterit impunitum.nullum bonum
irremuneratum relinquit.hūc nemo potest corrigere.iuxta
quod ait psalmista.Tu reddes singulis secundū opera sua.

De diuino iudicio.

¶ His autem non timet illud examen in quo ideu erit
accusator et aduocatus et iudex. Accusabit enim cum
dicet-Esuriui et non dedistis michi manducare:sitiui et nō
dedistis michi bibere etc̄. Aduocabit cum dicet q̄diu non
fecistis vni de minimis his:non michi fecistis.Judicabit cū
inferet: discedite a me maledicti in ignem eternum. Non e⸗
runt testes in illo iudicio necessarii.q̄ tunc manifesta erunt
abscondita tenebrarum. Nichil enim erit occultū quod non
reueletur.Tunc libri conscientiarum erunt aperti et iudica
buntur mortui ex his que scripta sunt in libris secundū ope
ra eorum. Quantus erit pudor in peccatoribus.quanta con
fusio:cum eorum nefandissima crimina cunctis erunt liqui
de manifesta. Beati quor̄ remisse sunt iniquitates et quor̄
tecta sunt peccata.Ab illa sententia nunq̄ poterit prouoca⸗
ri quia pater iudicium omē dedit filio. qui claudit et nemo
aperit.qui aperit: et nemo claudit. Os enim dñi locutū est.

Quod nichil proderit damnandis.

¶ Hinc non proderunt damnandis opes:non defendent
honores.non suffragabuntur amici.Scriptum est enī
Argentum non valebit liberare eos nec aurum in die furo
ris domini.Flebunt et plangent reges terre cum viderint fu
mū incendii propter timorem tormentorū eius.Quid ergo
O miseri facietis in die visitationis et calamitatis delōge

venientis ad cuius fugietis auxilium vnusquisq; onus luctum portabit. anima que peccauerit ipsa morietur. Et distribo ocioso quodcunq; locuti fuerint homines reddituri sunt rationem in quo vsq; ad extremum quadrantem exigetur debitum cum vsuris. quis enim fugere poterit ab ira venturam? Mittet ergo filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatē et alligabunt fasciculos ad comburendum et mittēt eos in caminum ignis ardentis: ibi erit fletus et stridor dentium et gemitus et eiulatus et vllulatus. luctus et cruciatus. stridor et clamor. timor et tremor. dolor et labor. ardor et fetor. obscuritas et anxietas. acerbitas et asperitas. calamitas et egestas. angustia et tristitia. obliuio et confusio. torsiones et punctiones. amaritudines et terrores. fames et sitis. frigus et cauma. sulphur et ignis ardens in secula seculorum.

Liber Lotharii de vilitate cōditionis humane finit feliciter. Impressūq; est hoc opusculū Parisii per [illegible] toniū caillaut et Lodouicū martineau. Anno dominī M.cccc.lxxxiii. die vero decimanona Augusti.

BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE